






Digitized by the Internet Archive  
in 2017 with funding from  
Getty Research Institute

<https://archive.org/details/commentariusinru01abua>









*[Faint, illegible text or markings, possibly bleed-through from the reverse side of the page.]*



في العرشية والشمس اضاءت

# شرح روزنامه ناوروز

من  
حزنة الكتب

برجیس بروفیور و لشر

وهل سببه البدر المضي كواكب

وقد يبيع الكلب  
الشمس

في سنة المسيح  
سنه 1975

كلل ناجر فول



COMMENTARIUS  
in  
RUZNAME  
NAURUS

five

Tabulæ æquinoctiales novi Persarum & Turcarum anni.

*Nunc primum editæ  
è Bibliotheca*

GEORGII HIERONYMI VELSCHII

cujus accedit

Dissertatio, de earundem usu.



AUGUSTÆ VINDELICORUM.

MDCLXXVI.

Impensis Theophili Gœbelij, Typis Joannis Schönigkij.

لاحفاله كل يوم نوروز،  
ونوروز لكفيل صيت الزمان،

i. e.

*Festa anni Calendæ homini vili omnes dies.  
Sed viro industrio festiuitas unica, celebritas  
temporum.*



V I R O

ILLUSTRISSIMO

CHRISTOPHORO  
VUEIKMANNO

Inclutæ Reipubl. Ulmenfis

S. R. I.

Senatus Secretioris V. viro amplissimo, & Judicij Augustalis Præsidi nobilissimo, rei Ædilitiæ & Tribunitiæ Præfecto, atque Cœnobiorum antiquissimorum, Vingenfis ac Stœfflingensis Tutori, & curatori, optimè meritissimo, Domino, Fauftori, & amico plurimum colendo.

Georgius Hieronymus Velschius.


Salutem & felicitatem.



Q UOD TUUM est, vir Illustrissime, reddo  
TIBI. Ruzname nempe, novum Persarum & Turcarum annum, tabulis æquinoctialibus investigandum, quibus cum Pinacothecam TUAM præclarissimam huc usque condecorâris, nunc meam Bibliothecam, longè tenuiorem, ceu pretiosissimo cimelio, unâ cum

cum pluribus aliis exornari voluisti. Accuratione enim & pulcritudine dignissimas existimavi, quæ vel solius calligraphiæ gratia in lucem producerentur, ne nostri deinceps Orientis gentes indoctas & barbaras putarent, à quibus ingenio, judicio, industria, & laborum elegantia ac patientia plurimum vincerentur. Ut è contrario exoticarum linguarum amorem in Germania nostra jam dudum ubique excitatum ulterius foverem, aliasque ob causas, quas in subjecta dissertatione edixi, sine versione, & sine annotationibus prodire passus sum. Fecisse tamen me operæ pretium credam, si qua munificentia mihi obtulisti, pari benevolentia vicissim TIBI oblatam dignatus fueris, atque amicam istam opinionem firmissimam de me conceperis, cum atavorum TUORUM nobilitatem, plurimorum sæculorum decursu jam firmatam, linguarum peritiam, virtutes, prudentiam, pietatem, & merita in Rempubl. & literas satis aptè concelebrare non possim, hoc tamen omnium minimum obsequij mei cultusque monumentum fore, quod Illustrissimo TUO nomini inscriptum cupiam, & quo me TUIS nutibus promptissimum felicem optem. Scribebam Augustæ Vindelicorum cIo Ioc LXXVI. XI. Idus Eebruar. i. e. ingressu Solis in pisces, sive arietem vet. h. e. ipso novi anni initio, & festo Nauruz secundum Orientales modernos, quem ideò felicissimum exopto.





# P R Æ F A T I O.

B. L. S.

**I** Aucis te volo, Lector benevole, quisquis es, si quisquam eris. Optares dubio procul, ut Gravij exemplo, qui tabulas Astronomicas Olugbegi Londini emisit, has etiam vulgari typo excudi curâssem. Optarem non minus ego, ut id facere licuisset. Sed candidè adfirmo tibi, non licuit, quia prolixiori operi typus nunc adhibetur, ut huc Augustam transferri non poruerit. Adde: nec lubuit. Nam animus mihi erat tabulas istas, uti in MS.<sup>o</sup> cernuntur, omnibus suis numeris exprimere, ut calligraphiæ ratio, qua Orientales impensè delectantur, nostris etiam hominibus innotesceret, quam certè typis vulgaribus imitari facultas non erat, ut portarum circulorumque effigies referrent, & adnotationes ad latera varia scriptionis formâ æmularentur. Quocirca figuris æneis exhibendas satius judicavi, utilissimum ac homine erudito dignissimum existimans, hac quoque in re studiorum partem impendere, ut MSS.<sup>orum</sup> aliquis usus acquiratur, qui paucis omninò obrigit, adeò ut plures in Latinis & Græcis parum, in Orientalibus autem haut parum minus intelligant, si MSS.<sup>i</sup> Codices evolvendi sint: quod olim expertus sum, cùm in Cl. Rhodij gratiam à viro cæteroquin docto, & Græcæ non imperito, Heronis quædam mechanica, tùm in Italia absens, transcribi curâssem ex Bibliotheca Reipubl. nostræ Augustanæ, ut cum Grimariano exemplari Venetiis & Bibl. D. Marci, conferri posset, apographum tamen nulli usui nobis fuisse memini, quod mendis innumeris scateret, & hiatus haberet plurimos, quia ana-  
gnostes

gnostes non omnia legere potuerat, & scriptor quoque *Id. lex. vna* ne quidquam intellexerat. Quin ipse, cùm olim Romæ in Vaticana multa auctorum loca amicorum rogatu contulifsem, nec mihi, nec illis satisfacere poteram, nisi Clarissimorum virorum Holstenij & Allatij ope atque benevolentia sæpius fuisset adjutus. Ut tamen Tibi isto libello prodesse saltem voluisse videar, paucula adnotabo, cætera tui ingenij sollertiæ commissurus. In præfatione igitur inscriptio majusculis literis hoc singulare habet, quod dubiis easdem in MS.<sup>o</sup> rubricâ subscriptas, aut superpositas, videre liceat, ne pro aliis accipiantur. Conferes autem omnia cum alphabetis Persicis à Typographo congregationis de propaganda fide Romæ excusis (qualia ibidem ex Bibliotheca Josephi Elmutelini Bislakitani sive ex familia Taalalitarum, & urbe Bislakito oriundi in monte Libano, cum aliis libellis Syr. & Arab. redemi) & Adami Olearij operâ parum differentibus Slesvici editis. Ductuum enim quandam negligentiam adfectare solent, ut quasi diffluere videantur, quod literis inprimis his accidit: *Elif, Lam, Sin, Kes, Re, Dal, Nun, He, Je*, ut quas sæpè una tantum & simplici lineola prolixius extensa, aut valdè breviter incurvata, aut etiam rectâ per transversum tendente expressas observabis, ut nonnullis iccirco longè aliæ videri queant. Sed & Arabes ipsi, & Syri, cùm Arabicè scribunt, Persicam aut Turcicam magis quam Arabicam scripturam amant in epistolis maxime, quales Petrus meus Ebn Diabi à patre suo Halebi scriptas mihi concessit memoriæ causa adservandas. Quæ enim Lud. de Dieu, Levinus Vuarnerus, & Georgius Gentius Persicè ediderunt typis merè Arabicis excusa sunt, quamvis in Saadi roseto quandam discrepantiam deprehendas.

At verò quod nonnullæ mirificè conjunctæ appareant singulari scriptoris voluntati potius, quam linguæ genio adscribendum



endum cenſeo, ut qui connexiones ejuſmodi omninò averſa-  
ſatur. Nec enim e. g. *Elif*, finale cum *Lam* ſequentis dictionis  
ſuperiori parte jungi poteſt, quod in hac vocula *Belfuáb* ſive  
*Beffuáb*, aliisq̄ue cernitur: nec *He* finale cum *Re* præcedente ut  
in *Bare*, *Gaze*, & ſic deinceps, quæ omnia ipſe animadvertes: *Nurz*  
etiam finale literam *Be* quandoque æmulatur ut in *Sartân*, puncto  
in medium tamen tranſpoſito, quod ſanè inuſitatum velut  
in nominibus XII. ſignorum Zodiaci apparet, in circulo anni  
intercalaris quo punctorum diacriticorum tanquam à prope-  
rante manu coaleſcentium confuſio pateſcit, ut in *Tbur* quo  
duo inferiora unam tantum lineolam referunt, & ſuperius uni-  
cum pariter unam repræſentat: in *Aakrab* ſcriptura celerior *Kaf*  
cum *Re* litera nimis quam breviter appendit: in *Haut* denique  
puncta diacritica extremo quaſi Syrmati literæ *Te* impoſita, non  
in ventre condita videbis, & ſimilia plura, quæ proſequi nunc  
non vacat.

*Hamel. Tbur. Juaz.*

*Sartân. Afed. Sumbulet.*

*Mizân. Aakrab. Kuſb.*

*Jadi. Delu. Haut.*

Horum ſanè non ubique eandem ſcripturam in tabulis iſtis ad-  
vertes, ac reliqua ſponte invenies, notabisq̄ue. Subjeci autem  
ſchematicum ſignorum, & menſium Perſicorum, Coptitico-  
rum, Arabico Turcicorum, & Chatainorum ſive Sinico- aut  
potius Indo- Tataricorum, & Ignrenſium ſive Turcoſtanico-  
rum, Armenicorum, Georgianorum, Græcorum & Macedoni-  
corum, ut uno intuitu, quæ deſideres, reperiri queant, & *Nauruz*  
ſive initia anni, ſecundum iſtarum gentium conſuetudines ſi-  
gnavi: & denique XII. domorum cœleſtium figuram adjeci,  
non qualem Genethiaci in charta δωδεκάτοπον ſive ἡποδιαδε-  
μα ad numerum laborum Herculeorum designant, & ad Græ-

corum æ Romanorum vect. formam Jos. Scaliger notis in Manilium protulit, in *ὠροσκοπον, ὑπογείων, δύσιν, & μεσερανημα* divisam quibus singulis hinc *ἐπαναφορὰ* sua, & illinc suum *ἀπόκλιμα* appingitur, sed qualem in astrolabio exhibere commodius, quod circulis mobilibus varietatem revolutionum in illis pro singulis annis repræsentet; ad harum autem distributionem non hominum tantum nativitates, sed annorum etiam exigere solent, ut inde præfagia tempestatum, fœcunditatis, & mutationum variarum desumant. Imò nec numero tantum duodeno contenti sunt, sed ulterius ad decanos progrediuntur, quos etiam in Climaſtericis observari solitos, confutatione sua dignas judicabat Cl. Salmasius, diatriba singulari evertendos, quam licet nonnulli imperitiam potius in rebus Mathematicis, quam eruditionem ostendere pronunciarint, ex scopo tamen æstimandam censere æquius putandum, quando sanè & ante ipsum Josephus Scaliger, utut Matheseos peritior, postquam in Sphæra tam Persica, quam Indica, & Barbarica, & Græcanica, miras configurationes adscendentium, ex Aben Ezræ, libro, *Initium Sapientia* ראשית חכמא apud se MS.º commemorasset בתכונת המשפטיה i. e. in Astrologia judiciaria (quod nomen iccirco non Naturæ innoxiiis contemplationibus, sed vanissimis nugis accommodatum eò magis absouum erat, quod à timore DEI longius mentem abducant, qui tamen DEI ipsius testimonio, verum sapientiæ initium Proverb. IX. 10. & Psalm. CXI. 10. docetur, his enim non Echnici tantum, sed, quod dolendum, plures etiam Christianorum, necessitatem impiè adscribunt, tanquam infelices & scelerati cœlo ipso cogantur tanta moveri, velut ex Cod. MS.º Gemblacensi Scaliger apud Manilium restituit, & Majemonides quoque præfatione in Seder Zeraim illud Jerem. XXIII. 28. *Propheta cui est somnium, narret somnium* אתו הלום ידבר הלום; ad astrologos referebat, quos



quos pseudopphetas inuebat si somnia sua i. e. vana præfagia, pro vetis venditarint) addens se ista declarare, ne futilia pro veris habeantur, quæ falsò comminiscuntur Astrologi, cùm à nativitatibus suis homines virtute aut vitio præditos constitui adferant, eosque ad actiones istas necessariò & vi adigi: non tam in singulis singulorum signis, & singulorum tergeminis decanis, sed etiam in singulorum Decurionum singulis monomœriis Ægyptiis; חַיִּים Hebræis, ἀποσώποις Græcè dictis à Ptolemæo abrogatis, ab Arabibus autem *Elvajaat*, nomine reductis, quippe jam olim à Teucro Babylonio excogitatis, tandem tamen futilia commenta candidè appellavit, & quæ nihil magis subruat, quam perfecta ejusmodi μάταιολεχίας cognitio. Nam quod doctissimus vir Guil. Henricus Vorstius animadvers. in Pirke R. Elieferis c. VI. inter domos Astronomorum numeratione XII. nullam occurrere putârit, duabus similem, quas ille recenset חַלּוֹן הַעֲלֵמָה *absconditam* ex Jobi XXII. II. dictam: & חַלּוֹן נַעֲמִוִן *delectationis & amenitatis*: mirandum videtur: nam apud Scaligerum not. in Manil. VII. tutelæ veneris assignata: *epulas & otia* notat. In veteri inscriptione, quam Romæ vidisse memini in hortis Cœlimontanis:

VENERI. FELICI. SACRUM.

SALLUSTIA. HELPEDUS. D. D.

VI. autem *labores*. Non πόνον: *pœnam*, ut ipse edidit, sed potius πόνος. Nam quod addatur κακὴ τύχη, non aliter accipiendum videtur, quam quod felicioribus omnia læta sponte evenire debeant, & quibus multum laborandum fuerit, verè fortunati dici non possint. Certè illa abscondita investigandi ratio, de qua Jobus loquitur, in primis quod metallorum fodinas attinet, laboris plurimum, nec semper bonæ fortunæ plus habet. Partem etiam felicitatis & profectus Henricus Lindhoutius Med. & Astrologus Bruxellensis peregregius Introd. in Physic. Judic. c. XVII.

in tertia domo collocat, & gaudia quoque Planetarum sigillatim per coeli spatia distribuit. Τόπον quoque γαμικόν in quinto themate ad theoriam platicam & partialem examinandum summatim & particulatim constituit Valens Antiochenus in Anthologiae Astrologiae Gr. MS. & nondum editae cap. III, qui sanè ad delectationem & amœnitatem aliquam pertinet. Imò Jobi loquutio valdè aliena ab loco isto. Sic enim legitur: יצא אור העלומה רצא אור : *ostendit suam potentiam in lucem*: Latina alterâ: *abscondita produxit in lucem*: Chaldaeus reddidit: מררפא דהעלומה מפיך והורא: *de fensastra occulta producit lumen*. Nullus sanè heic sermo de domibus coelestibus, nec de natalibus hominum, nec denique de annorum tempestatibus & prognosticis, nisi quis hæc omnia abscondita pronunciârit, & sic tamen à mente illius alienissima comperientur. Sed apud Firmicum disertè: *Locus Luna*, qui ἡ σωματικὰ obtinet, ut Solis τὰ ψυχικὰ, κληῖος ἰύχης, *forts fortune*, præcipuè τὰς ἡδονὰς ἔπιπεσοδισίας complectitur, & easdem quoque Hermes suppositicius in Carpo tam Græco quam Arabico, ἀπὸ τῆς κληῖος ἰύς ἰύχης deducit, *Min Elchat* pluribusque exponit Nasiroddinus Tulæus Comm. Persico in Ptolemæum, inprimis si *Ferdaria* sive periodus illius sit χρονογράφος, aut etiam ἀφῆτα ratio coincidat, qualem interdum contingere Salmasius opportunè advertit, sed nimis scrupulosè Persicam vocem contendens, ut Arabiæ eriperet, cùm satis constet, utrorumque & comūnem hanc scientiam, & comūnes etiam nomenclaturas promiscuè usurpatas. Turcæ *Ote Basba* Dominum loci vocant, pro quo in Lexico Pers. Turcico apud Cl. Golium MS.º hybrida legitur *O*, sive *Au Sachab*, Turcis enim *O* sive *Au*, domus est, *Sachab* patronum denotat Arabicâ voculâ: purè autem Arabica est *Rabbelbeit*, *Hilaj*, vulgò *Hyleg* aut etiam *Jilaj*, *Aalaj*, (nam & hoc nihil interest) ἀφῆτης, οικοδεσπότης, Dominædus



vett. Latinorum, Perfarum *Kod Koda* sive *Cbod Cboda*. Ex parte autem fortunæ etiam vitæ spatium captat Ebn Aali Alcabitensis (sic enim dicitur, non, ut vulgò corruptè, Alcabitius) ad cujus longitudinem, utique vitæ jucunditas & comòditas plurimum facit *Baraj* domus Planetarum, unde *Dbul Baraj* sive *Sachabel Baraj* *دبول باراج*, quod idem denotat, & Arabes quoque ad vitæ suavitatem præterea formationem foetus in utero, & gestationis tempus, & mensium ac annorum foecunditatem adscribunt. Quid enim dominatores anni investigati portendant parte VI. tota libri sui de judiciis astrorum capitibus XV. edocuit Ebn-Rajelus, Fridarias planetarum & capitibus caudæque draconis judicia sigillatim enarrans, ut barbarè reddiderat interpres Latinus Ægidius de Tebaldis Parmensis, Ger. Jo. Vossij sententiâ, nam qui ex Arabica Lingua in Hispanicam transtulit, Juda Ben Musca fuit, revidit autem seu verius denuò vertit Bartholomæus ab Alten, Nusia i.e. Novesio Colonienfis Medicus, & typis Erardi Ratholti Augustani primus Venetiis excudit cIo CCC LXXX. MS. etiam ex Arabica L. in Hebraicam translatus interprete R. Salomone, auctore Mechabberoth, Arabicè doctissimo, habetur in Bibliotheca Cæs. Augustissima Vindobonensi ex Tengnagelij legato. Quin etiam mensium Persicorum nomina ad totidem certos genios relata videbis apud Cl. Jac. Gollium notis in Ebn Kethiri Sogdiani Astronomica Elementa de motibus cœlestibus c. l. prolixè doctissimeque differentem, quæ omnia heic transcribere non est animus. Ex illis enim simul de universa anni Persici ratione plurima memoratu dignissima haurire poteris, certè nec omnia Scaligero cognita, quæ ad hujus libelli nostri expositionem quam maximè fecerint, & quæ iccirco heic indicanda tantum duxi, ne alieni laboris subsessorem si transcriberem calumniari queant, qui non nisi quod ipsi fecerint, rectum putant. Non ab re quoque fuerit

Cl. Salmasij Diatribam de annis Climactericis cum nostris his conferre, ad quam conficiendam ipsum Clarissimi Golij operâ haut rarò usum constat, quâ Arabica, Persica, Coptica, & Sinensia, ut qui longissimo istarum literarum usu & MSS.orum etiam copiâ plurimum illi antecellebat. Sed & Jo. Seldenus præclarissimo systemate de DIS Syris subinde quædam de constellationibus, earumque motibus & viribus adfert, quæ ad Ruzname nostrum intelligendum quam maximè fecerint, & quæ iccirco nec ipsa ob causas jam dictas exscribere lubuit. Multa præterea rariora & accuratissima, quâ Sinensium Astronomiam olim sperare convenit à Viro Rev. Nobilissimo & Amplissimo Andrea Müllero, Præposito Berolinensi doctissimo & LL. Or. omnium peritissimo, qui nec cessat suis sumptibus etiam Geographiam M. Poli Veneti, Illustris viri, novis observationibus & accessionibus auctiorem adornare, quarum luculentissimum argumentum absque invidia præbere possunt Hebdom. Sinens. Obs. VI. & VII. quas etiam si meis conatibus aliqua juvare licuerit, felicitatis haut minimam partem interpretaturus sum, qui dudum perfectiorem Sinensium notitiam in rebus Naturalibus, & Medicis, & Astronomicis, exoptavi, & nunc amicâ tanti viri benevolentia mihi polliceri audeo. Ipse autem sponte intelligis ejusmodi tabularum usum, præter Astronomiam, se latissimè diffundere ad Chronologica & historica, propter temporum emendationem & accuratorem, quæ in Persicis etiamnum Confusa & obscura sunt à nemine exposita, & nec à Scaligero satis in ordinem redacta, cum ipsa successio regnantium nec dum expedita sit, quam eò minus Synchronismi aliarum gentium juvare possunt, quò minus historiæ illorum genuinæ & res gestæ exscriptis propriis desumptæ vulgo innotuerunt. Qua de re propterea alij cogitabunt, quibus historiarum studium cordi est, nobisque plura differendi occasio dabitur in

historia



—❁❁ ( \*\* ) ❁❁—

historia literaria Turcarum, & Variis lectionibus Medicis  
quas olim promisi. Tu autem, Lector benevole, his fruere  
interea, si lubet, dum plenius aliquando, cum  
DEO, Tibi satisfacere licuerit, &  
Vale.



Auctor Arabs Muséi Regij.  
proposit. XXVI.

*Non concipere oportet verum esse quidquid adserunt philosophi, siquidem quedam horum adser-tiones, Legi opponuntur, uti est æternitas mundi, & impossibilitas penetrationis ac dissolubilitatis cælorum. At neque credere oportet omnia eorum adserta falsa esse, cum verificatio questionum in libris eorum plurima & immensa existat.*






*[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*

*[Faint, illegible handwritten text in the right margin.]*



رعيتا راد لندرعختلند لند لند وصد و صد و صد ، زدي آيد و که فيج کوه نشين خنيز م  
 خديج ايد و که و که فيج ساعت لاد لور لور لور که با نلر سرد با بلبل لوده طغوز سا که دلور  
 و سا ر لولند ، بر سال اول فيج کوه لور لور لور لور لور لور لور لور لور لور لور لور لور  
 بود لور لور لور لور لور لور لور لور لور لور لور لور لور لور لور لور لور لور لور  
 و خديج رور و زنا ايد اعدا با لور لور لور لور لور لور لور لور لور لور لور لور لور  
 و بي ، نلر طغوز لور لور لور لور لور لور لور لور لور لور لور لور لور لور لور لور  
 لور لور لور لور لور لور لور لور لور لور لور لور لور لور لور لور لور لور لور  
 و فيج و لور لور لور لور لور لور لور لور لور لور لور لور لور لور لور لور لور لور



لور لور لور لور لور لور لور لور لور لور لور لور لور لور لور لور لور لور  
 کت نام






Handwritten text in a cursive script, likely a historical record or account. The text is arranged in several lines across the upper portion of the page.



# دَسَائِيانِ كَرِيمَةً نَفَرِي زَسِيْلَطَانِي

هر سالک مختصاً در وقت ده و دو شب ساعت و فیه ادب و بیک نون روز در نشاندن روز و روز  
 هر چه خا به بیجا حکم لیدر اهلنا معلوم در مختل لولید و لکن لعلم و لعلم



مشهد طهر ز نور کسافه به یخ بلند، نقطه به یخ سالم در دو ساله از و زجه کویه و دلفی در دله به کار یخ بلند،  
 نقطه کایه ساله نعل به در لور و زجه کویه در لور و لکن لعلم با کطوبت تمام عام

دسر	مشتبه	مزن	نست	دعوره	عطاش	نسر
مطهر	مطهر	مطهر	مطهر	مطهر	مطهر	مطهر
التراف	ارغاب	القصار	الحمی	المصور	البارجی	الخلق

Handwritten text at the top of the page, possibly a title or header, written in a cursive script.

Handwritten text below the first section, separated by a horizontal line.




Handwritten text at the bottom of the page, possibly a conclusion or a signature, written in a cursive script.



# در بیان دایرهٔ سال کبیر


۴۴ سال قنبره و در هر ساله و قنبره یک بنده لعین دارد و در هر ساله و قنبره  
 فقط یک بنده و در هر یک بنده و در هر ساله و قنبره و در هر ساله و قنبره



مهره طوطی بود کسباده به پنج بنده و فقط به پنج سال در اول و هر ساله و قنبره یک بنده لعین دارد و در هر ساله و قنبره  
 به پنج بنده و در هر یک بنده و در هر ساله و قنبره و در هر ساله و قنبره

لاولاب لا ولا لاشن را سفین	لل کط کط لل من شهر کومرت
حل نور جوزا سرطان اسد سنبله	میزان عقرب قوس جدی دلو حوت
۳۱ ۳۲ ۳۳ ۳۴ ۳۵	۳۰ ۲۹ ۲۸ ۲۷ ۲۶

Handwritten text in a cursive script, possibly Arabic or Persian, located at the top of the page. It appears to be a title or introductory text.



Handwritten text in a cursive script, possibly Arabic or Persian, located at the bottom of the page. It appears to be a conclusion or a note.



این جدول را در وقتیکه که در  
 بود آید تا زمان بعد از ولادت  
 و بلوغ میسر شود و در وقتیکه  
 در آن وقت که در وقتیکه که در  
 از طرف صاحب شهر حیات  
 دل و دین را در وقتیکه که در  
 چو در وقتیکه که در وقتیکه  
 از دور قصد و در وقتیکه  
 دولت را در وقتیکه که در  
 کلی و شرف و در وقتیکه که در  
 لیونور بعد از در وقتیکه که در  
 از آن وقتیکه که در وقتیکه  
 از آن وقتیکه که در وقتیکه  
 لیونور را از آن وقتیکه که در  
 که در وقتیکه که در وقتیکه  
 با آن وقتیکه که در وقتیکه  
 در وقتیکه که در وقتیکه  
 و در وقتیکه که در وقتیکه  
 بود و در وقتیکه که در  
 دولت را در وقتیکه که در

این جدول را در وقتیکه که در  
 از آن وقتیکه که در وقتیکه  
 که در وقتیکه که در وقتیکه  
 با آن وقتیکه که در وقتیکه  
 در وقتیکه که در وقتیکه  
 و در وقتیکه که در وقتیکه  
 بود و در وقتیکه که در  
 دولت را در وقتیکه که در

از آن وقتیکه که در وقتیکه  
 که در وقتیکه که در وقتیکه  
 با آن وقتیکه که در وقتیکه  
 در وقتیکه که در وقتیکه  
 و در وقتیکه که در وقتیکه  
 بود و در وقتیکه که در  
 دولت را در وقتیکه که در

در وقتیکه که در وقتیکه		در وقتیکه که در وقتیکه		در وقتیکه که در وقتیکه		در وقتیکه که در وقتیکه	
۱	۲	۳	۴	۵	۶	۷	۸
۱	۲	۳	۴	۵	۶	۷	۸
۹	۱۰	۱۱	۱۲	۱۳	۱۴	۱۵	۱۶
۱۷	۱۸	۱۹	۲۰	۲۱	۲۲	۲۳	۲۴
۲۵	۲۶	۲۷	۲۸	۲۹	۳۰	۳۱	۳۲
۳۳	۳۴	۳۵	۳۶	۳۷	۳۸	۳۹	۴۰
۴۱	۴۲	۴۳	۴۴	۴۵	۴۶	۴۷	۴۸
۴۹	۵۰	۵۱	۵۲	۵۳	۵۴	۵۵	۵۶
۵۷	۵۸	۵۹	۶۰	۶۱	۶۲	۶۳	۶۴
۶۵	۶۶	۶۷	۶۸	۶۹	۷۰	۷۱	۷۲
۷۳	۷۴	۷۵	۷۶	۷۷	۷۸	۷۹	۸۰
۸۱	۸۲	۸۳	۸۴	۸۵	۸۶	۸۷	۸۸
۸۹	۹۰	۹۱	۹۲	۹۳	۹۴	۹۵	۹۶
۹۷	۹۸	۹۹	۱۰۰	۱۰۱	۱۰۲	۱۰۳	۱۰۴
۱۰۵	۱۰۶	۱۰۷	۱۰۸	۱۰۹	۱۱۰	۱۱۱	۱۱۲
۱۱۳	۱۱۴	۱۱۵	۱۱۶	۱۱۷	۱۱۸	۱۱۹	۱۲۰
۱۲۱	۱۲۲	۱۲۳	۱۲۴	۱۲۵	۱۲۶	۱۲۷	۱۲۸
۱۲۹	۱۳۰	۱۳۱	۱۳۲	۱۳۳	۱۳۴	۱۳۵	۱۳۶
۱۳۷	۱۳۸	۱۳۹	۱۴۰	۱۴۱	۱۴۲	۱۴۳	۱۴۴
۱۴۵	۱۴۶	۱۴۷	۱۴۸	۱۴۹	۱۵۰	۱۵۱	۱۵۲
۱۵۳	۱۵۴	۱۵۵	۱۵۶	۱۵۷	۱۵۸	۱۵۹	۱۶۰
۱۶۱	۱۶۲	۱۶۳	۱۶۴	۱۶۵	۱۶۶	۱۶۷	۱۶۸
۱۶۹	۱۷۰	۱۷۱	۱۷۲	۱۷۳	۱۷۴	۱۷۵	۱۷۶
۱۷۷	۱۷۸	۱۷۹	۱۸۰	۱۸۱	۱۸۲	۱۸۳	۱۸۴
۱۸۵	۱۸۶	۱۸۷	۱۸۸	۱۸۹	۱۹۰	۱۹۱	۱۹۲
۱۹۳	۱۹۴	۱۹۵	۱۹۶	۱۹۷	۱۹۸	۱۹۹	۲۰۰
۲۰۱	۲۰۲	۲۰۳	۲۰۴	۲۰۵	۲۰۶	۲۰۷	۲۰۸
۲۰۹	۲۱۰	۲۱۱	۲۱۲	۲۱۳	۲۱۴	۲۱۵	۲۱۶
۲۱۷	۲۱۸	۲۱۹	۲۲۰	۲۲۱	۲۲۲	۲۲۳	۲۲۴
۲۲۵	۲۲۶	۲۲۷	۲۲۸	۲۲۹	۲۳۰	۲۳۱	۲۳۲
۲۳۳	۲۳۴	۲۳۵	۲۳۶	۲۳۷	۲۳۸	۲۳۹	۲۴۰
۲۴۱	۲۴۲	۲۴۳	۲۴۴	۲۴۵	۲۴۶	۲۴۷	۲۴۸
۲۴۹	۲۵۰	۲۵۱	۲۵۲	۲۵۳	۲۵۴	۲۵۵	۲۵۶
۲۵۷	۲۵۸	۲۵۹	۲۶۰	۲۶۱	۲۶۲	۲۶۳	۲۶۴
۲۶۵	۲۶۶	۲۶۷	۲۶۸	۲۶۹	۲۷۰	۲۷۱	۲۷۲
۲۷۳	۲۷۴	۲۷۵	۲۷۶	۲۷۷	۲۷۸	۲۷۹	۲۸۰
۲۸۱	۲۸۲	۲۸۳	۲۸۴	۲۸۵	۲۸۶	۲۸۷	۲۸۸
۲۸۹	۲۹۰	۲۹۱	۲۹۲	۲۹۳	۲۹۴	۲۹۵	۲۹۶
۲۹۷	۲۹۸	۲۹۹	۳۰۰	۳۰۱	۳۰۲	۳۰۳	۳۰۴
۳۰۵	۳۰۶	۳۰۷	۳۰۸	۳۰۹	۳۱۰	۳۱۱	۳۱۲
۳۱۳	۳۱۴	۳۱۵	۳۱۶	۳۱۷	۳۱۸	۳۱۹	۳۲۰
۳۲۱	۳۲۲	۳۲۳	۳۲۴	۳۲۵	۳۲۶	۳۲۷	۳۲۸
۳۲۹	۳۳۰	۳۳۱	۳۳۲	۳۳۳	۳۳۴	۳۳۵	۳۳۶
۳۳۷	۳۳۸	۳۳۹	۳۴۰	۳۴۱	۳۴۲	۳۴۳	۳۴۴
۳۴۵	۳۴۶	۳۴۷	۳۴۸	۳۴۹	۳۵۰	۳۵۱	۳۵۲
۳۵۳	۳۵۴	۳۵۵	۳۵۶	۳۵۷	۳۵۸	۳۵۹	۳۶۰
۳۶۱	۳۶۲	۳۶۳	۳۶۴	۳۶۵	۳۶۶	۳۶۷	۳۶۸
۳۶۹	۳۷۰	۳۷۱	۳۷۲	۳۷۳	۳۷۴	۳۷۵	۳۷۶
۳۷۷	۳۷۸	۳۷۹	۳۸۰	۳۸۱	۳۸۲	۳۸۳	۳۸۴
۳۸۵	۳۸۶	۳۸۷	۳۸۸	۳۸۹	۳۹۰	۳۹۱	۳۹۲
۳۹۳	۳۹۴	۳۹۵	۳۹۶	۳۹۷	۳۹۸	۳۹۹	۴۰۰


این جدول را در وقتیکه که در  
 از آن وقتیکه که در وقتیکه  
 که در وقتیکه که در وقتیکه  
 با آن وقتیکه که در وقتیکه  
 در وقتیکه که در وقتیکه  
 و در وقتیکه که در وقتیکه  
 بود و در وقتیکه که در  
 دولت را در وقتیکه که در












1	2	3	4	5	6	7	8	9	10
11	12	13	14	15	16	17	18	19	20
21	22	23	24	25	26	27	28	29	30
31	32	33	34	35	36	37	38	39	40
41	42	43	44	45	46	47	48	49	50

1	2	3	4	5	6	7	8	9	10
11	12	13	14	15	16	17	18	19	20
21	22	23	24	25	26	27	28	29	30
31	32	33	34	35	36	37	38	39	40
41	42	43	44	45	46	47	48	49	50




































این جدول از جدول اول بر گرفته شده  
 اگر چه ضمیمه که در ویدیه ضمیمه  
 اول در اول طوطی کثیر است  
 و بدیهه چو قال و لودر و کثرت  
 یکتیم بود و لودر که استند لودر  
 لطیف و ضمیمه تر و در غلظت  
 لایه دو و در لایه اول و در هر  
 صولت هر دو را در هر کس که  
 استند لودر و در کس و در کس  
 طاهره و در کس و در کس  
 و در کس و در کس و در کس  
 که در کس و در کس و در کس  
 که در کس و در کس و در کس

که در کس و در کس و در کس  
 یا در کس و در کس و در کس  
 یا در کس و در کس و در کس  
 یا در کس و در کس و در کس  
 یا در کس و در کس و در کس  
 یا در کس و در کس و در کس  
 یا در کس و در کس و در کس  
 یا در کس و در کس و در کس  
 یا در کس و در کس و در کس  
 یا در کس و در کس و در کس  
 یا در کس و در کس و در کس  
 یا در کس و در کس و در کس  
 یا در کس و در کس و در کس

این جدول از جدول اول بر گرفته شده  
 اگر چه ضمیمه که در ویدیه ضمیمه  
 اول در اول طوطی کثیر است  
 و بدیهه چو قال و لودر و کثرت  
 یکتیم بود و لودر که استند لودر  
 لطیف و ضمیمه تر و در غلظت  
 لایه دو و در لایه اول و در هر  
 صولت هر دو را در هر کس که  
 استند لودر و در کس و در کس  
 طاهره و در کس و در کس  
 و در کس و در کس و در کس  
 که در کس و در کس و در کس  
 که در کس و در کس و در کس

اول	دوم	سوم	چهارم	پنجم	ششم	هفتم	هشتم	نهم	دهم
۱	۲	۳	۴	۵	۶	۷	۸	۹	۱۰
۱۱	۱۲	۱۳	۱۴	۱۵	۱۶	۱۷	۱۸	۱۹	۲۰
۲۱	۲۲	۲۳	۲۴	۲۵	۲۶	۲۷	۲۸	۲۹	۳۰
۳۱	۳۲	۳۳	۳۴	۳۵	۳۶	۳۷	۳۸	۳۹	۴۰
۴۱	۴۲	۴۳	۴۴	۴۵	۴۶	۴۷	۴۸	۴۹	۵۰
۵۱	۵۲	۵۳	۵۴	۵۵	۵۶	۵۷	۵۸	۵۹	۶۰
۶۱	۶۲	۶۳	۶۴	۶۵	۶۶	۶۷	۶۸	۶۹	۷۰
۷۱	۷۲	۷۳	۷۴	۷۵	۷۶	۷۷	۷۸	۷۹	۸۰
۸۱	۸۲	۸۳	۸۴	۸۵	۸۶	۸۷	۸۸	۸۹	۹۰
۹۱	۹۲	۹۳	۹۴	۹۵	۹۶	۹۷	۹۸	۹۹	۱۰۰

این جدول از جدول اول بر گرفته شده  
 اگر چه ضمیمه که در ویدیه ضمیمه  
 اول در اول طوطی کثیر است  
 و بدیهه چو قال و لودر و کثرت  
 یکتیم بود و لودر که استند لودر  
 لطیف و ضمیمه تر و در غلظت  
 لایه دو و در لایه اول و در هر  
 صولت هر دو را در هر کس که  
 استند لودر و در کس و در کس  
 طاهره و در کس و در کس  
 و در کس و در کس و در کس  
 که در کس و در کس و در کس  
 که در کس و در کس و در کس







Handwritten text in a cursive script, likely a list or account, located on the left side of the page. The text is arranged in several vertical columns and is partially obscured by the grid structure.

The grid structure is a large table with a semi-circular arch at the top. The arch is labeled with the number '10'. The grid is divided into several columns and rows. The top row of the grid contains the number '10'. The grid is filled with handwritten text and numbers, likely representing a list or account. The grid is divided into several columns and rows, with some cells containing numerical values.

Handwritten text in a cursive script, likely a list or account, located on the right side of the page. The text is arranged in several vertical columns and is partially obscured by the grid structure.


Handwritten text in a cursive script, located at the bottom left of the page. The text is arranged in several vertical columns and is partially obscured by the grid structure.

Handwritten text in a cursive script, located at the bottom center of the page. The text is arranged in several vertical columns and is partially obscured by the grid structure.

Handwritten text in a cursive script, located at the bottom right of the page. The text is arranged in several vertical columns and is partially obscured by the grid structure.























GEORGII HIERONYMI VELSCHII  
DISSERTATIO  
de Ruzname Naurus

sive

Tabulis æquinoctialibus novi Persarum & Turcarum anni.



Um anno cto Idc LXIX. vir Nobilissimus atque Amplissimus Christianus Ravius spolium suum Orientis in lucem venale emisisset, tantoque sexennij spatio tantum thesaurum, qui emerret, ut publico bono prodesse posset, nemo repertus esset, miratus sum sæculi nostri, cæteroquin in alia quævis profusissimi, parsimoniam, quæ nunquam magis bonæ mentis, quam nunc nummorum paupertatem fateretur. Cùm postea subinde ad animum revocarem ingentia illorum merita, qui quondam in patria nostra Heroës & Musagetæ, Julij Cæsaris, primi Romanorum Dominatoris, laudatissimâ æmulatione, armis & literis utrimque inclaruissent, tentandam mihi nostrorum etiam virtutem & pietatem arbitratus, sedulò cogitare cœpi, qua ratione præfectis & Senatui persuaderem, ut Marci Velseri Duumviri exemplo, tot præclaris Codd. Græcis, quos Hieronymus Vuolfius & Xystus Betulejus, quondam ab Antonio Eparcho, Episcopo Corcyrensi, ingenti ære, jussu & munificentia illius publicâ, redemissent, hos quoque Orientales adderent, & Bibliothecam, ex se ubique celebratissimam,

animam, altero, ut sic loqui liceat, tanto nobiliorem & auctio-  
 rem, i. e. planè Regiam & incomparabilem redderent, cui ple-  
 ræque totius deinde orbis reliquæ adsurgere, aut etiam invi-  
 dere possent. Hoc meum consilium & hos conatus benè de  
 Republ. literaria in univèrsam, & de patria sigillatim merendi,  
 rogatis & in auxilium vocatis Viris doctissimis, magnaque  
 auctoritate pollentibus urgere visum est eò magis, quo minus  
 principiis fortuna benignior adnuisset. Spes autem mihi sem-  
 per uberrima supererat, cùm Bibliothecæ præfecti Illustres Se-  
 natores ac Cofs. ipsi quoque doctissimi essent, successum tan-  
 dem non contemnendum fore. Sed dum hinc Galliarum Rex  
 maximus, cum Britannis sociisque cæteris, collecto exercitu  
 numerofo, Bataviam, Belgium, & Germaniam nostram: Hinc  
 verò Thraciæ tyrannus Sarmatiam invasisset, atque ulterius  
 aliquando progressurus videretur, factum est, ut omnes ubi-  
 que expensas opes non Musis, sed Marti consecrarent, & tem-  
 porum excusatione, elegantiorum literarum curam in melio-  
 ra differendam decernerent. Indolui, fateor, & quod doloris  
 acerbissimum erat, dolorem dissimulavi & pressi. Nec tamen  
 propterea destiti, quod semel cœperam, cum Clarissimo Ra-  
 vio agere, & in eventum prosperioris fortis pacisci, mentem-  
 que illius quantum liceret, explorare, quâ ratione & metho-  
 do proferendis cum DEO, tot scriptoribus, nondum visis,  
 utendum existimaret. Is igitur, quod ad scopum præsentem  
 imprimis facit inter alia, anno cIo Ioc LXXIII. sic rescripsit:  
*Quod spoliū meū Orientis, i. e. Catalogū librorū Orientalium,  
 quos Principum & Rerumpublicarum Bibliothecis venales obtuli, eò feci,  
 non ut cum tineis & blattis decertent MSSi. sed ut mei Germani exci-  
 tentur, postquam ego in Suecia vires meas exhausti in docendis linguis,  
 velut superiori saculo, cum Græcis literis actum est, ut auctores primò  
 ipsi summa fide ederentur, mox & verterentur, separatim editis versio-  
 nibus*



*nibus idem sectentur iter.* At cum CC. tantum volumina in spolio illo enumerata essent, & ipse Io. superatura adseruisset, ego autem quomodo hæc concilianda putaret, scire desiderarem, respondit eodem anno. *Id quod dixi in Catalogo, si omnia & singula MSS. cum versione & notis pro more sæculi & voto eruditorum sint imprimenda, 17. volumina in folio excessuram esse summam.* Nimirum cum pauci hodiè vivant, qui linguarum studio progressus tam memorabiles fecerunt, ut MSS.orum usum habere possint, ne auctores obiter tantum & cumultuariè, multoque minus indoctè & indignè tractentur, omninò necessarium videbatur, suâ primùm linguâ eosdem solos excudere, ut nemo sibi libros deesse queri possit, sic enim tempore deinde procedente cum versionibus etiam politiores, notisque illustratos, prodituros. Ad illud sanè plus temporis, nec parum commoditatis, & variæ lectionis requiri satis manifestum apparet. Hoc igitur summi viri consilium & iudicium mihi quoque sequendum ratus, præsentî opusculo, Ruzname tabulas, quas vides, æquinoctiales, ad indagandum punctum æquinoctij, sive quod idem est apud Persas, initium novi cuiusque anni (à quo deinceps Calendarum omnium modus ac ratio dependet) ingeniosè excogitatas, & elegantissimè scriptas, chalcographi potius, quam typographi, operâ producere institui ne quid nimirum gratiæ & pulcritudinis amitterent, atque cuius liberimum relinqueretur, hisce ingenij sui vires experiri, & majori diligentia, ut ritè percipiantur, ad laborare, quam quæ tùm adhibetur, cum versio adjicitur. Nunquam sanè à quoquam laudari potuit Conradi Clauseri institutum qui permutato suo Helvetico, cum Græco Claudij Thrasymbuli nomine, Procopij Gazensis, philosophi Christiani opus peregregium seu Comm. in Ostateuchum, Latinè à se conversum, edidit, Græcum textum omisit, quem tamen ex Bibliotheca nostra Augustana MS.

acceperat elegantissimum & optimum in membranis exaratum, quo nos etiam usi sumus, ut Exercitatione nostra de Vena Medinensi monuimus. Id licet ex aliorum libris potius quam proprio ingenio conscripserit, eo ipso tamen semper laudandum visum est doctioribus, quod multas SS. Patrum, & veterum versionum S. Scripturæ reliquias contineat, quorum scripta hodiè ubique desiderantur. Unde & Græcè ab illo edi omninò merebatur. Quod cæteris quoque accidit auctoribus, quorum pars haut exigua Latine tantum ex Græcis conversa olim prodiit, ut Hermes Trismegistus à Francisco Patritio, Ocellus Lucanus à Commelino, Hero de machinis à Francisco Barocio, Ephrem Syrus à Gisberto Vossio. Majorem quippe gratiam commeriti sunt Candalla, Vizzanius, & Commandinus, qui Græca in lucem protulerunt, ut è contrario non minorem sibi parârunt, qui Græca tantum dederunt, præteritis versionibus Latinis, inter quos eminent Romani, qui Eustachij Thesalonicensis Commentarios in Homerum pretiosissimos excuderunt, David Hœschelius, qui Photium CP.<sup>um</sup> Procopium & Marcianum Heracleotem, cum antiquissimis Geographis, magnificis typis impressum Augustæ apud nos, Henricus Stephanus verò, qui Dionysium Periegetem, aliosque Græcè tantum cum scholiis antiquorum edidit. Adrianus Turnebus, qui Platonem & Synesium Parisiis merè Græcum produxit quam optimè. Philippus item Junta, qui Dionysium Areopagitam Florentiæ, Robertus Stephanus, qui Justinum Martyrem, & Eusebium Pamphilius: Federicus autem Morellus, qui Macarium Ægyptium Luteciæ Græcè tantum pulcherrimis typis impressos emisserunt. Ne tamen omninò nudæ, rudesvè ac inornatæ eruditorum oculis hæ tabulæ exponerentur, nonnulla heic breviter subnectenda aut appendenda operæ pretium visum fuit. Rusnama igitur sive Ruzname inscribitur, Catalogus,



logus, seu index nominalis, Persicâ dialecto, quod idem ac Turcarum *دفتار* *Defdar*, sive *Memoriale* significat. In Lexico Italico Turcico Persico Arabico Bernardi Parisiensis, & Petri Abbavillani *نامه* *epistola, diploma, index, catalogus, memoriale*, in Lexico Persico Jacobi Golij, quod Heptaglotto Edmundi Castelli adjectum est. *روز* *Tempus diuturnum*, in Astrologia etiam *horoscopus*, *ع*, *pars fortuna* Arabibus *الخط* dicta, i. e. *portio* *من خير و الفضل* *in bono* *ع* *praeellentia*, cum *نوم* *primus anni dies* *نوروز* *aquinoctium vernum*. Unde *روزنامه* latiori significatu *commemoratio temporis* est, sive Chronologica sive Astronomica. *Commentarius*, etiam ampliori sensu reddi queat, qualis in spolio Orientis Amplissimi Ravij est opusculum Persicum *مکشر نامه* inscriptum Centur. III. MS. XLVII. & *Sylloge, sive Analecta, aut Ecloge, aut Collectanea*, quale est *نامه* apud eundem Cent. III. MS. LXXIII. quo plurima responsa Pontificum Turcicorum sive Mustorum CP.orum collecta continentur, ad rationem status & jura imperij Othomani pertinentia. Poëma item Turcicum de Alexandro M. extraditione Muslimica *اسکندر نامه* inscriptum apud eundem historicam descriptionem simulque Poëticam denotat, quam Gallorum ritu: *Memoires d' Alexandre le Grand*: aut Italicè *Memorie d' Alessandro Grande*: dicere possemus. Latini *Comentarium de rebus Alexandri M. carmine* descriptum vocarent. Ebn Cabarus in scala sua Coptarabica: *يوم الكبيس في كل* *اربعة سنين* *بدو السنه النوروز وهي لفظه فارسيه* id est, *Singulis quatuor annis dies intercalaris initium anni Nauruz,*

*que est vox Persica.* Ut Coptica Græcis exprimere liceat: Ταξ-  
 χη η Γεομητι. τζοβιτ ηε Γεομητι. Nimirum amant illi quoque  
 non tantum Persicas nomenclationes sed etiam linguam ipsam  
 universam, quod vernacula sua Turcica haut parum copiosior,  
 mollior, & elegantior comperiat, defectusque asperioris  
 blandissime contegat expleatque. Non quidem hoc auctoris  
 nomē videtur, etsi alij sic existimārint, qui anonymus hoc saltem  
 opusculo latere voluit, utur quibusdam etiam **جلب نامه**

*Jalabname*, Astronomi Turcæ nomen putetur, ut **تصير نامه**

*Tadsarname* Commentatoris Coranici magni nominis, cujus ex-  
 cerpta quædam Kemal Pashæ conjuncta Illustris Weikmannus  
 dono nobis dedit, unā cum isto, quem vides, Ruzname. As-  
 tronomum sanè insignem fuisse probatione non indiget, quis-  
 quis fuerit. Libellus enim ipse, quamvis brevis & parvus, ac-  
 curatus tamen & pulcherrimus, loquitur, ut vix similem repe-  
 rias.

*Mintazim* **میتازیم** hos vocant Persæ, qui siderum  
 scientiam excolunt, innato gentis præclarissimæ studio, cujus  
 peritiam undecunque acceperint, parum refert, quamvis Au-  
 ctor Shévile Emunah Lect. IIX. ab Hebræis antiquissimis ad  
 Chaldæos, captivitatis Babylonicæ tempore, à Chaldæis au-  
 tem ad Persas venisse putet. Id saltem irrefragabili S. Mat-  
 thæi testimonio constat Magos in Oriente Christum Dominum  
 nascentem ex stella illa cognovisse, quam ipse memorat, &  
 astrorum scientia, supernaturali positu cursuque motam su-  
 spexit, ac prima omnium, creatorem astrorum & Dominum  
 suum adoravit. Hos autem Magos Persas fuisse, ipsum nomen  
 docere poterat, ut profectò frivolum sit ex donis concludere  
 velle, Arabas, non Persas fuisse, quia aurum, & rus, & myr-  
 rham obtulerint, quod doctissimus Kippingius lib. I. Politices



e. I. probare conabatur. Tanquam scilicet minor proventus  
 istorum aromatum & lutei metalli apud Persas quam Arabas  
 foret, cum ipsi tamen jam olim non tantum ex Arabia, sed  
 etiam India, & Sinis istas aliasque omnigenas merces compor-  
 tarint, qua in re consentientem habemus Jo. Noldium in hist.  
 Idumæa, virum Clarissimi Schotani judicio eruditissimum.  
 Nec dictum illud Psalmi LXXII. magis ad Æthiopas facit aut  
 Arabas מלכי שיבא ושיבא quàm Persas, de quibus Jo: Gra-  
 vius not. in Matth. luculentius egit, qui XII. ex filiis Elim  
 Barshan nominatim recenset. Cui etiam favet versio Persica,  
 Hebraicæ & Arabicæ Matthæi conformis بيت الليم  
 & ملكان يارس, quos etiam tres Reges in Syriaca Ma-  
 ronitarum legas, multum diversos ab Æthiopicis Clarissimi  
 Viri Jobi Ludolfi. Nam quod Nobilissimus Rutgersius II.  
 Var. lect. c. X. non plures quam duos Magos apud veteres in-  
 terdum etiam unum solum legi probare conatus sit, ut apud  
 Photium Sphendadas dictus, & Mardi loco Merdis apud Æschy-  
 lum in Persis, sive rectius Smerdes Herodoti, sive Merdius Eu-  
 sebij, locum S. Hieronymi Commentarios in Daniele non :  
*Smerdem principem à septem Magis occisum* : Sed : *Smerdem*  
*Magum à septem principibus occisum* : legendum ostendens : se-  
 quentibus tamen sæculis, & postquam Persarum Medorumque  
 Monarchia jam expiraverat, Magorum numerum crevisse  
 probabile existimamus, ut quod deinceps hoc nominis non ad  
 successionem regni aut status ullam rationem, ceu hodiè loqui  
 moris est, sed ad literaturæ præcellentiam tantum & scientia-  
 rum possessionem pertineret. Ad Samardium verò istum Ma-  
 gum, ut vocat, qui post Cambysem sive Camisum regno Persa-  
 rum præfuit, refert Eutyichius Alexandrinus tom. II. annal.  
 astronomiæ inventum Zorodashto sive Zoroastri adscriptum,  
 quam-

quamvis id Græci Inuno Irachiasî Fil. ut Pocokius vertit, sive potius Joni aut Junano Herculis filio tribuant: sic enim corrigendum puto quia plura alia viciosè scripta ibidem deprehendas, quæ dum nusquam attigit vir Clarissimus haut dubiè legentibus emendanda reliquit. Et huic etiam, ut Græci Junano sive Joni suo Astronomiæ primum studium adsignat, de qua non tantùm illi propterea sed etiam Persæ plures libros scripserunt. Mor Isaacus tamen in philosophia sua Syriaca Sermon. II. cap. II. inter Noachidas Henochum sive Edrisum Arabum Hermetem primum Ægyptiorum constituit Junithunum dictum & Trismegistum, quem Persæ magni faciebant, ejusque scripta in linguam vernaculam conversa ex Chaldæa sive Aramæa Syriaca possidebant, inter quæ etiam Astronomica. Verba, ut ex Syriacis, Hebraicis literis transcripsi sic habent: מן בני דבניא דבן מברא יוניטון הוא פרשׁוׁ  
 Ex filiis filiorum Noachi sive Nuchi dictus Junithun, qui est Hermes, pro quo aliis locis legitur ארמסוׁ ארמסוׁ & iterum alio ארמי הכים כפל תר תלתו רבותאׁ Hermes sapiens in omnibus tripliciter magnus: sive: Hermes pansophus Trismegistus. Quidquid sit, Astronomiæ peritos fuisse hinc constat, quod statim agnoverint stellam istam non esse ex genere illarum, quæ vulgò cognitæ, sed vel immediatè creatam, vel angelum saltem excubitorem & indicem θεανδρωπικῆ stellæ Jacobææ, sub stellæ visibilis specie latentem, secundum illud Psalmi CIV. 4. עשה מלאכיו רוחם משרפיו אש לרוחׁוׁ  
*i. e. qui facis Angelos Tuos ventos, & ministros tuos flammam ignis.* Origeni sanè idem visum, quamvis per stellam Jacobi in prophetia Balaami Num. XXIV. 17. non aliud quam Cometen. Regis alicujus nativitatem concomitantem intellexerit, quod viro cæteroquin doctissimo, sed allegoriis suis nimium indulgenti, & philosophiæ plus satis addicto vel ideò ignoscendum existi-

existi-



existimo, quod ipse errores suos plures multis cum laerumis confessus & deprecatus sit. Cùm enim Celsum Magos à Chaldæis non discernentem, & stellam silentio prætereuntem reprehendisset, addebat: Τὸν ὀφθέντα ἀστέρων ἐν τῇ ἀνατολῇ καιρὸν εἶναι νομίζομεν, καὶ μηδενὶ τῶν σωτήρων παραπλήσιον, ἕτε τῶν ἐν τῇ ἀπλανεῖ ἕτε τῶν ἐν ταῖς καλιώεσσιν σφαιραῖς. ἀλλὰ τῶ γενεῖ τοῖς τὸν γεγονέναι, ὁποῖον καὶ καιρὸν γινόμενοι κορυφαί, ἢ δοκίδες, ἢ πωγωνία, ἢ πίθοι, ἢ ὁπὼς ποτε φίλον ἔλλησιν ὀνομάζειν ταῖς διαφορὰς αὐτῶν. David. Hoeschelij versione: *Stellam, qua in Oriente visa, novam fuisse opinamur, nec ulli è votis istis similem, qua vel in firmamento sunt, vel in orbibus inferioribus, sed ejus generis, quales Cometae visuntur temporanei, docides, pogonia, pitbi, aut quocumque libet Græcis, variis nominibus signare horum differentes figuras. Docides, trabeculas, pogonias, caudatos aut barbatos, pichos, doliares aut comatos reddere potuisset, quos sanè etiam æthercos aliquando fuisse nostrri sæculi observationibus constat. Nam quæ ex Chæremonis Stoici libro de Cometis Origenes subjicit ἐπὶ μεγάλοις πράγμασι καὶ μεγίστοις μεταβολαῖς, τῶν ἐπὶ γῆς ἀνατέλλειν τῶν ἕτερον ἀστέρων, i. e. magnas res, & maximas mutationes rerum in terris ejusmodi astrorum ortus significare, suo sensu admitti potest, atque hoc ipsum non semper mala sed quandoque etiam bona denotare docere poterat. At quæ Origenes de dæmoniis nescio quibus adjecit, Magorum sanctiori præscientiæ insignitam injuriam facit, quæ nihil certè commercij cum infelicibus istis spiritibus habebat. Sed istis omissis ad institutum redeamus. Materia tractationis de anno est Persarum, sive initio ejusdem, quod sua lingua Naurus نوروز vocant, & ipso æquinoctij puncto, veris tempore incipit, cùm Sol arietis signum ingreditur in Zodiaco, quo hodiè plerique Orientalium utuntur, de quo videri potest Adamus Olearius, ut qui festivi-*

tati anniversariæ ipse Shammachiæ in Persia interfuit, cum Legatorum Holsaticorum comitatu, iter per Russiam eò prosequutus esset. *Naurus*, ajebat, *sive initium novi anni cum æquinoctij tempore horâ & minuto, quibus Sol intrat in aequatorem sive principium arietis, præcipuum opus est Astrologorum sive Minatzim, ut tum temporis cum Astrolabiis suis per altitudinem Solis ingressum in arietem observent, quia nec horologia artificiosa, nec sciaterica habent. Cum primum punctum Solis indicat Minatzim, omnes in jubila & festivas acclamations effunduntur.* Ubi tamen vix verosimile videri potest, quod de horologiorum defectu narrat, cum ipse Helveticum illum, quem supplicio condemnatum, quod Muhammedanum, licet nocturnum furem, sclopeti ictu occidisset, acinacum acie frustillatim concisum commemoravit, hac arte præstantissimum laudârit, Regis stipendia plures jam annos meritum. Caruerunt quidem etiam Ægyptij olim horologiis, & similibus aliis instrumentis temporum, ut Zodiaci signa perclepsydras dimetiri coacti fuerint, teste Macrobio I. in Somn. Scipion. cap. XV. sed hodiè multò cultioris ingenij industria alias gentes hoc maximè studio Astronomiæ æquârunt saltem, nî etiam superaverint: qua in re à religiosis quibusdam, PP. astronomiæ peritis in Persia, India, & Sinis, quibus cœnobia extruere permissum est, plurimum fuerunt adjuti. Alio item loco festivitatem istam *Naurus* hoc modo describit: *Missi à Legatis Serenissimi Principis Holsatiæ, qui Chano, i. e. præfecto Shammachiæ, & Religiosorum primati, Calentero, aliisq. primoribus gratularentur, cum appulissent, accumbentes repererunt in convivio. E regione Chani Orator* قصية خزان *Kadsiet Charân dictus, verbis mirisq. gestibus facta Regum concelebrabat, qui contra Turcas, Usbequios aliosq. hostes rem bene gesserant. Interea Astrologus sæpè surgens Astrolabij ope altitudinem Solis metiebatur, horam & momentum ipsum, quando*



quando Sol aequatorem attingit : quo puncto habito exclamans novi anni initium omnibus denunciabat. *Mox tormenta in mœnibus, & vallis circumcirca explosa, tympanorum strepitus, tubarum sonitus, populi júbila, undique audiebantur.* lib. IV. Itiner. c. XIX. Eodem etiam mox tempore Chanus Sbamachiâ dona novi anni sive strenam Regi Isphabanum transmisit, quæ erant equi generosi, Cameli optimi, XXX. pulvinaria plumis Cygnæis facta, coria Russica, puellæ aliquot, & pueri formosi. Hanc quoque festivitatem olim ut videret Ferdinandus Lopesius de Castagneda, Legatus potentissimi Regis Hispaniarum, jussu atque munificentia Shahi Ismaëlis (qui c. 1010 LXXVI. imperium auspicatus, c. 1010 LXXIIIX. decessit) celebri oppido, dum transiret, perhonorificè & amicè decensus est, quod ipse narrat VI. rerum Indicar. c. XLVI. Ejusmodi autem festivitatis perelegantem descriptionem etiam apud Græcos olim in simili causa videre poteris inter Libanij Sophistæ excerpta, quæ Leo Alladius Romæ ex MS.º primus edidit ephrasi festi. I. & Calendarum. VII. quam præter convivationes & comotationes, vestium splendorem, pauperioribus etiam commodatum, populi concursus, templorum referatio, ominationes, salutationes, hymni, cantiones etiam ad risum compositæ, confabulationes, tibiarum atque tubarum cantus ( ὁδᾶν αὐλῶν καὶ σφίγγων ) & vota in futurum absolvunt ( εὐχαὶ περὶ τοῦ μέλλοντος ἰδεῖν αὐτοῖς ἢ τὴν πανήγυριν ) diem festum florere ajebat in campis omnibus, in montibus & fluminibus quoque & stagnis, quibus naves commorentur ( ἀνθεῖν ἢ ἐορτῆ ) mercium præterea expositionem addebat in plateis, viasque aulæis tectas ( ὁδοὶ ἐν ἀσεί καὶ ἀσφραγί ) & munera quocunque è loco quolibet commeantia ( δῶρα πανταχὴ καὶ πανταχόθεν ἰόντα ) Justitium item & litium dilationes in foro, lætitiæque in ipsos carceres extensam, inimicorum reconciliationes, gaudiumque danti & accipienti commune : quæ saue

ferè omnia suis etiam ritibus Persæ & Turcæ accommodare solent. Ab isto igitur festo recens initi anni, sive ab isto æquinoctij puncto, deinceps totius anni rationem ordine deducunt, qui hoc ipso denique finitur, & cum Sol Zodiaci circulo universo percurso ad idem scilicet punctum redierit, quo proximus annus iterum iisdem ceremoniis inchoatur, ut habet Achilles Tattius lib. de Universo: *Λέγεται δὲ ἐνιαυτὸς ἢ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ ζῳδίου ἐπὶ τὸ αὐτὸ ὑποκρίσασθαι αὐτὸ ἐν ἡμέραις 365. καὶ ἐλαχίστω μορίῳ, i. e. appellatur autem annus Solis ab eodem Signo ad idem redeuntis converso in 365. diebus, & exigua insuper parte.* Hujus autem Calendarij exemplum ex legato Josephi Scaligeri servatur in Bibliotheca Lugdun. Batavorum, Tekuim dictum, cujus singuli dies nomine aliquo Regum atque Heroum notati, quod ipse III. de emendatione temporum uberius commemorat: ubi & alterum habetur anni Hejiræ 1023. Turcarum Imperatori dicatum. Nam & Turcis consuetum ineunte anno novo Sultano, & Veziro Magno dona mittere, quod purpurati Bashæ imprimis certatim faciunt, magnoque studio ac æmulatione alter alterum munerum præstantiâ superare contendunt, ut Dominorum gratiam fœnerentur, sibi que viam præ aliis ad majora struant aliquando obtinenda. Solent autem hi quoque dicere, tot Naurus quemque habere, quot annos natus fuerit. Tale etiam dubio procul fuit Calendarium illud Turcicum quod Cornelius Haga Illustris statuum Bataviæ Legatus CP. miserat ad Nicol. Mullerium Mathematicum præstantissimum anno Hejiræ 1028. scriptum, i. e. ut equidem salvo aliorum calculo ab Heraclij regno ad mentem Calvisij & Helvici numerare soleo anno Christi 1642. quod ipse narrat in libro suo de anno Lunari, quamvis Cl. Ægidius Strauchius Dissert. sua pererudita de computo Turc- Arabico can. 2. non accuratum id sed spurium putârit, quod traditionibus Arabum doctissimi-



Diffimorum indubitatis repugnet, qui uno ore adferant alter-  
 natim plenos & cavos menses in anno quolibet obtinere, ex-  
 cepto intercalari sive *لَا يُرْغَمُ*. Hoc verò CP.<sup>m</sup> Jlluſtr. D.  
 Hagæ ter menses ejusdem generis se invicem consequentes  
 agnoscere testabatur. Sed cùm ignorem an ipse viderit, nec  
 viderim ego, ne quidquam etiam de hac censura pronuncia-  
 re placet. At de Turcarum epochis videre poteris tabulas  
 Astronomicas Mogoricas sive Olugbegi, quas V. C. Jacobus  
 Golius Bibliothecæ Lugduni Batavorum intulit ex Oriente ad-  
 latas *تسهيل الفغ بيك لعبد الرحمان الصلحي*

*الشمسي* Aabdorrachmano Salachensi inscriptas, præfe-  
 cto Damasci in Syria, quas Jo. Gravius Londini in Anglia emisit,  
 eoque ipso imortalem sibi nominis gloriam cum Geographicis  
 quibusdam Abulfedæ, peperit. Etsi hæc una pars tantum o-  
 peris sit, quod Samarcandæ in Persia scriptum est anno Hejiræ  
 10 CCC XLI. id est, anno CHRISTI 1600 CCCC XXXVII.  
 Nam vir Illuſtris Henricus Oldenburgius Societatis Regiæ in  
 Anglia Chartophylax in actis ejusdem Londini edicis & nu-  
 perrimè Lipsiæ recusis, alteram ejusdem partem à viro excel-  
 lentissimo, & juvandis literis melioribus nato, Thoma Hydéo,  
 Bibliothecæ Bodlejanæ Oxonij Præfecto (quem propter singu-  
 larem benevolentiam mihi præstitam digniori loco, ut par est,  
 collaudabo) Persicè & Latinè cum commentariis adnexis edi-  
 disse significavit, quam tamen hucusque videre non licuit, nisi  
 fortasse impressa quidem, sed nondum vulgata sit, quod ipse  
 unà cum voto addebat, optans, ut totum opus (ex pluribus  
 scilicet MSS. codicibus in Britannia concinnandum) vertere-  
 tur, quò melius cognosceremus, quæ tùm temporis fuerit Ori-  
 entalium Astronomia p. 109. Nisi forsan verius illæ doctif-  
 simi Gravij tabulæ compendium tantum illius censendæ sint,

ex opere majori excerptum, quale etiam in spolio suo Orientis Nobilissimus Ravius commemorat. Certè & Turcæ Equinoctium vernum, Naurus Sultani appellant نوروز سلطانى

Persica voce, teste Jo. Molino, Serenissimæ Reipubl. Venetæ interprete, in Lex. Ital. Turc. Tataricam quoque æram non adeò multum discrepantem ex tabulis Astronomicis Illehani Tatari addiscere licebit, quas Nasiroddino Tusæo auctore pariter Cl. Golius in Bibliotheca Lugdun. Batavorum reperuit, si aliquando in lucem prodierint:

الزيج الالكافى لنصر الدين الطوشى

Calendarium præterea Abul Aithani Ahmedi Calcashendensis apud se sæpius commemorat Jo. Seldenus, opere de Synedriis, in quo variarum gentium festa, etiam Coptitarum ordine recensentur: ابو اعيطان احمد الكلكشندى

Insigne etiam opus, si quis habere possit, cum hisce conferendum Nedammedini de variis annorum formis & rebus cœlestibus ندام الدين

quod pariter in Batavis & quibusdam Britannia Bibliothecis latere novimus. Ipsum autem circulum æquinoctialem مدارى الحمل id est, *circulum arietis*, & ab oppo-

sito Signo مدارى الميزان id est, *circulum libra* Arabicè vocant Turcæ, in quo nempe æquinoctiorum puncta, vernalia & autumnalia conspicua. Quam utique causam conjectabat Hugo Grotius not. ad Phænom. Aratea quod arieti in imaginibus Germanici Cæs. ab se ex MS.<sup>o</sup> editis perelegantibus circulus appictus fuerit, quia in æquinoctiali, vel quia princeps id signum sit Zodiaci. Mallem quia ab hujus primo exortu annus incipiat, quem serpens etiam in circulum convolutus in-



hieroglyphicis significat. Verosimile enim videtur figuras illas Germanicum ex Ægypto accepisse Romamque invexisse, aut ipsum, aut certè ante ipsum J. Cæsarem, aut Augustum de Antonio triumphantem, aut denique post ipsum alios. Nam Tacitus II. Annal. 60. 3. disertè Ægyptiorum disciplinis animum excoluisse narrat, quod V. C. Jo. Henricus Bœclerus pluribus exponit Musèi Dissertat. I. de peregrinatione Germanici Cæsaris. In hoc præterea annulo, interiori parte, quam rictus vervecis attingere videtur stella illa posita apparet, quam muscidam vocat, & Grumium, Græc. ζῦγχος dicitur: Tabulæ autem Regales ex Hipparchi sententia supra muscidam collocant & super caput, non ἐν τῷ προσώπῳ ut Ptolemæus habet, & quæ lucidior cæteris ferè & major prima oritur verno tempore, quamvis Germanicus signi istius stellas omnes obscuriores commemoret:

*Clara nec est illi facies, nec sidera possunt  
Officiat si Luna suâ virtute nitere,  
Sed querendus erit Zona ratione micantis  
Andromeda.*

**Aratus autem Solensis in Phænomen. paullo aliter:**

Ἄστὸς μὲν νωθῆς καὶ ἀνάστερος, οἷα σελήνη  
σκεψασθαι. ζώνη δ' ὅμως ἐπιτεκμήσαιο  
Ἀνδρομέδης. ὀλίγον γὰρ ὑπ' αὐτὴν ἐσήμελαι.

**Grotius in metaphrasi sua:**

*Languidus obscurusq; tamen, ceu Luna retundat  
Flammæ aciem, Andromeda se propter cingula volvit  
E quibus hunc subter possis cognoscere fultum.*

**Ex quibus versus extremus ex Cicerone intertextus est.**

**Festus Avienus periphrasi fusiore :**


*Parcior hic rutila semper facis, indigus ignis  
Spectatur justis. Nam quanti luminis astra  
Esse solent, aciem quibus aurea luna retundit ?  
Marcida lanigeri tantum se forma sub auras  
Exferit.*

**Non lego : Marcida : Sed : Martia forma : sub æquinoctium.**

Quamvis de mutuatio isto lumine arvgni sideris dubitari possit : sic enim apud Varronem IV. L. L. ex editione antiqua Mediolanensi Jo. Angeli c1o Io. legendum censebat Janus Rutgersius II. Var. Lect. c. IX. Quippe nondum satis explorata in fixis singularibus istiusmodi illuminatio vicini sideris, quam tamen veteribus jam olim cognitam hinc satis manifestum est, etsi recentiorum quoque observationes circa planetas non adeò multæ dum adnotatæ sint, earumque eclipses & illustrationes laterales confecto per iter ecstaticum stationis loco impossibili ingeniosè à Kircherò quidem proditæ, non tamen verius quam Archimedis votum ferebat, cum machinis suis gloriabundus dari sibi postularer, quò consistere posset, ut terram suo loco moveret. Lucida arietis Copticis *πυλωγιωρ* dicta apud EbnCabarum cum qua convenit vicinia venter Ceti, *κωτων*, dictus quæ statio est lunæ apud eosdem in principio arietis, i. e. cum lucida illa oritur tempore æquinoctij, quod Tycho Braheus c1o Io LXXXVI. 26. grad. 0. min. 30. sec. observavit, à qua deinde reliquarum omnium in circuitu æquinoctialis & Zodiaci sitarum & adscensionum rectarum differentias metiebatur ex distantiiis & declinationibus, quod in globo quoq; ostendi posse adferebat Adr. Metius III. Astron. c. IV. qui seq. c. V. declinationem stellarum solisque observare docet, ut circa tempora æquinoctiorum gradus solis in eclipti-



# أسطرلابيون فيه شكل بيوت السماء



# مواطن ام النجوم ومنطق البروج

Handwritten text at the top of the page, possibly a title or header, which is mostly illegible due to fading.



Handwritten text at the bottom of the page, likely a signature or a date, which is mostly illegible due to fading.



ca & adscensio recta investigari queat, non tantum astrolabij ope quod c. II. præcedente describitur, sed etiam per astroscopium rotulare Metianum, facile, & recens illius temporis inventum, quod etiam in horologio suo Astronomico Geographico Gerardus Muthius exhibet, cujus artificium singulare ex Lingua Germania in Latinam convertit Martinus Balthasar Plusius. Hoc autem præterea Sol cum Septentrionalis est, representatur supra æquatorem in adscensu æquinoctium faciens propof. IIX. apud nos scilicet in plagis septentrionalibus, in principio  $\gamma$ . Nimirum annus sidereus Copernici certior est anno tropico. Hic enim à puncto primo æquinoctij verni incipiens minus certus videtur, quia puncta æquinoctialia mobilia Tych. Brahei observatione intra sæculum 1. gradu integro & minutis 25. procedunt, adeò ut intra annos 2917. per integrum dodecatemorion, & ab origine mundi plusquam sesquialtero processerint. Sidereus è contrario à prima stella arietis, terminum quodammodo immutabilem & immobilem præbet. Tropicum tamen Persæ, & Turcæ, & plerique Orientis populi Persarum ritu observant, ut supra diximus initio ab ipso puncto primi gradus in ariete ducto. Observant autem Solis altitudinem & ingressum arietis non tantum Astrolabiis suis ut supra diximus, varij generis, singulari opere ab Anonymo Arabe descriptis, quorum etiam meminit Ebn sina in libro suo de optimis Astronomiæ instrumentis MS.º & nondum edito. (quale olim Arabicis literis notisq; inscriptum vidi perelegans apud virum Nobil. Philipp. Heinhoferum, Patricium August. & Consil. Serenissimorum Principum Phil. II. Pomer. & Augusti Brunsvic. & Luneburg. Ducis, anno hujus sæculi XL. quod, nisi fallor, Serenissimo M. Duci Etruriæ, cum pluribus aliis deinde vendidit, quamvis cum año cIo Ioc XLVII. Cimeliarchium illius Florentiæ inspicere liquisset, frustra quæsitum meminerim)

Sed etiam virgulis Hermeticis, & baculo Davidis dicto, quem Anglorum inventum Petrus à Valle Epist. suis Itinerariis p. IV. p. 5. commemorat, à quibus ad Persas transisse verosimile apparet, jam à Sherlæi tempore quem Rex in Kifilbasharum aulicorum numerum ipso petente adlegerat Astronomiæ peritissimum, & Legationibus ad Cæsares Romanos & Reges celeberrimum. Habent præterea & Dodecapinacia sua, XII. mensium, quale & illud M. Ducis Etruriæ est, & Astrolabium sexorbiculare Calendis designandis, & Eclipsibus aliisque cœlestium observationibus commodissimum. Anni autem Ægyptij & Persici consensum manifestum ostendit Amplissimus Golius ex Ebn Junisi historia cœlestium Observationum Arab. MS. not. in Ebn Kethiri Ferganensis Astron. c. I. Neomeniam tamen mensis Toth fixam hodiè ipsis Ægyptiis نوروز القبط vocari ait, quæ aliquando in mensem Augustum incidat, cùm alias neomenia Deima contingat XII. Martij. Non est tamen dictu facile quæ causa olim fuerit Persis arietem pro DEO colendi, aut Solem sub illius specie Ægypti imitatione, quod Manilius lib. I. Astron. innuit :

*Laniger in medio sortitus sidera mundo  
Cancrum inter gelidum, tepidi per tempora veris  
Adserit in vires Pontum, quem vicerat ipse  
Virgine delapsa cum fratrem ad litera vexit  
Et minui deslevit onus, dorsumq; levare.  
Illum etiam vicina colit venerata Propontis  
& Syria gentes, & laxo Persis amictu  
Vestibus ipsa suis hærens, Nilusq; tumescens  
In cancrum, & tellus Ægypti jussa natære.*

Fabulas enim sapiunt, quas Ovidius III. Fastorum copiosas decantat de Nephele Hellen & Phryxum filios ne immolarentur rapiente Thebis Bœotiis :

*Utque*



*Uaque fugam capiant aries nitidissimus auro  
Traditur, ille vebit per freta longa duos.*

Modestum hoc animal & humanitatis particeps vocat Ario-  
stus, Poëtarum Italicorum disertissimus :

*Mà pai che il Sol nell' animal discreto,  
Che portò Phrisso, illuminò la sfera  
E Zeffiro tornò soave & lieto  
A rimènar la dolce primavera.*

Helle enim ab Neptuno sub aquam in Regiam suam detracta  
Helleponto nomen dedisse fingitur :

*Dicitur infirma cornu tenuisse sinistra  
Femina cum de se nomina fecit aqua.  
Panè simul periit, dum vult succurrere lapsa  
Frater & extensas porrigit usque manus.  
Flebat ut amissa gemini consorte pericli  
Ceruleo junctam nescius esse DEO.  
Littoribus tactis aries sit sidus, at hujus  
Pervenit in Colchas aurea lana domos.  
Tres ubi luciferos veniens pramiserit Eos  
Tempora nocturnis aqua diurna feret.*

i. e. tribus ab Idibus Martiis diebus, ☉ ingressu in illum. San-  
ctiori sanè proposito Julius Schillerius & Bayerus in constella-  
tionibus globi cœlestis ad Christianorum mentem ex sacris li-  
teris configurandis arietem illum constituit, qui Genes. XXII.  
Abrahami dicitur in victimam destinatus loco filij ejusdem  
Isaaci, sive ut Muhamèdani nugantur, Ismaëlis, qui ideò in ora-  
tionibus illorum sæpius victima DEI vocatur, de quo unà cum  
pluribus aliis ex Lazari Binelli sententia in horis suis recrea-  
tionis dictis part. VII. problem. III. agit Daniel Schvventerus  
celeberrimus quondam Mathematicum Doctor in Athenéo Nori-

eorum. Quin potius, quod hoc æquinoctij tempore festivitatem incipientis anni constituerint fecisse opinor, ut Persas cæteræ gentes arietem colere crediderint, quibus Manilius ut rerum sacrarum non magis quam coelestium peritus facilem fidem habuerit, quidquid auscultando accipere licebat, tanquam exploratum in versus congerens, quod dudum doctiores adverterunt. At Hipparchus tutelam, ut vocant ineptuli, regionum per singula signa Zodiaci longè minutius diducebat, & partibus quoque arietis speciatim suas adsignabat: armo nempe dextro Thraciam attribuens, sinistro Babyloniam, pectori Armeniam, lateribus Arabiam, Ægypto confinem, Cervici autem & tergori Persidem, Cappadociam, Mesopotamiam, Syriam, & mare Erythræum: à quibus nostri temporis Calendologi longius abeunt, non minus tamen ineptientes Thraciam sub ♄. Babyloniam sub ♃. Turciam sub ♃. & ♄. collocantes, Ægyptum & Armeniam sub ♃. quorum tamen omnium omisis plurimis, nullam accuratorem novimus. Alia autem ratio est quam Aali Cushkensis in Instit. suis Astron. Persica lingua scriptis adfert: habitationes nimirum in Geographia respondere in Astronomia XII. signis cœlestibus secundum longitudinem, quas Arabes & Astronomi Orientales plerique desumant à parte Occidentali, ut distantia civitatum sint in consequentia signorum. Sic enim Spahanensis iste loquebatur de *عبارات* i. e. *habitationibus sive climatibus* (est enim *كوشك* pagus peramœnus Isphahanensis ditionis, à Tahmuretho Diubendo, i. e. Dæmonionico sive victore dæmonis dicto exstructus) quem Jemshidus deinde plurimum auxit & exornavit, is ipse, qui quintus Rex Persarum, astronomiæ cultor eximius & Neemerix auctor, primus in regno suo *نوروز* instituit. Coptis Ægyptiis in Scala Ebn Cabari Initium anni, Neuruz,

quæ





deinceps VI. Calend. ejus natalis dies est, nam id biduum pro uno die habetur, sed posterior dies intercalatur, non prior. Nimirum Jcti civilia tantum tractant, non Astronomica: Hinc idem addit: Cato putat mensem intercalarem additiciam esse, omnesq; ejus dies pro momento temporis observat, extremo diei mensis Februarij attribuit Q. Martius. Mensis autem intercalaris constat ex diebus XXII X. & Paulus Jctus II. ad leg. Juliam & Papiam. Pandect. L. 1. 134. annum civiliter non ad momenta temporum, sed ad dies numeramus. Quid enim in Jure dicundo horarum aut etiam minorum observatione opus? satis est diem dicere. الكميل quidem propriè arietem significat, sed Scholiastes Arabs in Abu Ismaëlis Calligraphi carmen الخوروف interpretatur, quod agnum propriè denotat, in quo يسرف الشمس quando Sol est in exaltatione sua في سرفها à quo deinde paulatim in libram tendit, quæ descensio sive dejectio ejusdem هبوطها dicitur, sive casus, ut Astrologi loqui amant:

لوان في سرف السماوي بلوغ منيب

لم تبرح الشمس يوماً دائرة الكميل

i. e. Quod si in celsitudine mansionis esset consequentia votorum  
Non desereret Sol unquam mansionem arietis.

Quibusdam etiam vervex dicitur, quod الخوروف respondet: agnus scilicet majusculus sive anniculus, ex quo castratione vervex fit, quamvis in Germanici iconibus aries probè mutoniatus, satisque herniosus conspiciatur, ne quis eum illum putare possit quem Cereri placandæ Jovem exsecuisse Poëtæ fabulantur.



Cæterum ab hoc anni auspicio æquinoctiali parum differre videtur novus Armeniorum annus, quem à die XXV. Martij incipere solent, quo scilicet festum adnunciationis Beatissimæ Virginis Θεολογία celebratur, quod pauculis diebus ingressus solis in arietem præcedere solet. Doctissimus certè Gassendus Instit. Astron. lib. I. c. VII. quo de æquatore, XX. diem Martij æquinoctio verno, & XXIII. Septembris autumnali assignat, latiori scilicet respectu, qui propter anomaliam quandam motus solaris omninò accuratus esse nequit. De illo autem Olearium supra laudatum lib. VI. Itin. c. IIX. adire operæ pretium fuerit, quia ἀυτοπία fidem haut vulgarem esse convenit. At verò Armenij olim intercalationes Naurus Persici, & Sal Chodai i. e. magnum annum DEI solarem tam diu retinebant, donec æra Jezdejirdica abrogata esset. Erat autem

سال کدای id est, annus DEI idem, qui solis annus sive solaris, cujus caput in die æquinoctij, exacto secundum menses Persicos à Josepho Scaligero III. de emend. temporum, quo primum Christiani facti sunt. In MS.º legitur تاریخ الارمن تاریخ الازمنه الذي هو بدو و تنصرهم ἐποχή τῶν Ἀρμενίων ἢ τῆς ἐπιείας ἀρχὴ τῆς χριστιανώσεως αὐτῶν. At æra Persica recentiorum dicitur quæ Jezdejirdica est : تاریخ الفارس المتأخرين الذي يسوي اليزدجدي Et æquinoctium Nabonassari triduo tantum i. e. XXIIIX. Martij à novo anno Armeniorum distat اول روز quod etiam روز حرث i. e. dies primus, Arabicè : الاعتدل Russi primum Septembris, id est, alterum æquinoctij autumnalis punctum initium anni sui constituunt, è contrario, quod putent hoc die mundum à DEO conditum, quo

quo stirpium fructus ferè omnes maturuerunt, & Persæ  
 6 مهران vocant, qua de opinione, etiam ad Hebræorum  
 quorundam mentem multa egregia notavit Matthæus Polus  
 in opere suo Critico haut ita pridem in Anglia excuso ad c. I.  
 Geneleos. Quamvis si rem æqua lance quis trutinârit, minoris  
 ponderis hæc argumenta, apud Orientis maximè incolas,  
 comperturus sit, nec enim in Sinis fructus maturi sunt, cum  
 Sol in libra est, sed cum in piscibus & ariete versatur, quod etiam  
 apud Ægyptios usu venit, verno enim tempore fructus  
 ibidem maturefcunt, cum Sol arietem percurrit, quem ideo  
 calorem universi appellant, perpulcrè repræsentatum in Ta-  
 bula Bembina sive Mensa Istiaca quam olim Torquatus Bem-  
 bus cælo viri egregij Aeneæ Vici Parmensis primus edidit, Lau-  
 rentius Pignorius recudit & explicationem adjecit, minus felici-  
 cem aut ingenio suo meritisque dignam, à qua propterea illum  
 sæpius amicè nequidquam dehortati sunt ex nostratibus Mar-  
 cus Velferus Duumvir Illustrissimus, & Doctissimus Jctus Si-  
 mon Toelmannus, felicius, nec tamen ad doctiorum gustum,  
 recensuit Vir generosus Georgius Hervartus, Serenissimi Ducis  
 Electoris Bavarix Consil. quia hieroglyphica omnia ad Argo-  
 nautica referebat. At Kircherus ex ipso autographo elegan-  
 tissimè expressit & Serenissimo Archiduci Guil. Leopoldo Au-  
 striaco dicavit, Syntagm. I. Theatri Hieroglyph. Arabibus  
 מזרח אלפולשפין מידת dictam, id est, *Mensam philosophorum  
 Ægyptiorum*, in qua Trias Ammonia imaginem arietis cum vase  
 & chyso fructifero exhibet זרדת אלחמל וזה אלהי בעאלם  
 Signum arietis, qui calor est mundanus, id est, *omnia fecundans*  
 Aben Nephio, MS. de Hierog. dictus, quem P. Athan. Kircherus  
 pariter nobis inspiciendum benevolè Romæ concessit diu  
 antequam Oedipus prodiisset. Cæterum de abrogatione æræ  
 Jezdejir-



Jezdejrdicæ & institutione Naurus, quasi novi diei dixeris, mensis Fervardini, & introductione æræ Muhammedi, relicta Shelaliana sive Regis Shelaloddini Ulpij Arslaci F. à fuga Muhammedi sive Hejira 475. mensis Ramdsani, die IIX. cum Sol ipsa meridie arietem ingrederetur videri possunt Gentij notæ in Muslahoddini Saadi rosetum p. 548. & Olugbegi c. III. de Epocha Persica, & c. V. de Melicæa sive Regia, quam apud Davidem Origanum marginibus ephemeridum adscriptam etiam invenies. Auctor hujus Oomarus Chiamus Astronomus Regius, quem ideò hujus quoque Ruznamæ nostræ auctorem conjicimus, sed conjicimus tantum, quia certis argumentis probare nondum possumus. Cum enim sub ipsis novi regni auspiciis de æris sermo haberetur inter sapientes, qui Regi gratulatum convenerant, *quid necesse est, ajebat, hanc aram observare? quin priscorum aram sequuti hunc auspicalem novi regni Augustissimi Regis diem aram instituimus.* Quæ vox tanquam Oraculum ab omnibus pronis auribus animisque accepta est. Hinc mos ut proceribus regni à Rege, & domesticis à patribus familiâ novæ togæ mittantur, & in universum omnes novis hoc festo celeberrimo vestibus induantur, spirante scilicet statore,

❦ *فرش* dicto i. e. subfolano sub æquinoctio verno, quo terra undique virescentibus herbis, veluti insigni aliquo aulæo aut periströmate obducitur, ut Saadus Poëtico adflatu loquebatur.

Sunt autem ejusmodi Astronomi Regij plerumque simul etiam Medici philosophi, quos nomen scilicet Hakim ❦ *حكيم* sigillatim denotat, id est, sapientes, contemplationi non minus quam actioni dediti. Nam qui praxin tantum exercent, meri ferè empirici ❦ *طبيب* nomine insigniuntur, quales haut raro etiam agyrtae sunt, & apud Turcas Judæi plurimi, Arabes nonnulli, & Æthiopes, de quibus egimus in Variis nostris Le-

D

tionibus

tionibus Med. olim cum DEO proferendis. De hoc quoque festo & epocha Regia Corboddinus Cyropolitani sive Shirazensis in opere suo de doctrina Sphærica, *Doni Regij* inscriptione celebrato apud Regem Jelaloddaulum Melichsam Ebn Olbarslanum Salgucidam philosophos IIX. convenisse, narrat, in quibus etiam Oomarus Chiamus sapiens Lucarensis Baſtrianus i. e. Jatrosophista, quibus Nedamoddinus etiam Aabdorachmanum Hazirenses adjungit, eosque unanimi consensu petiisse, ut loco intercalationis Persicæ adhibeatur Græca, antiquæ caput in perpetuum adstringeretur ad æquinoctium vernum, adveniente Rege: *Æram instituerunt, cui principium esset meridies post ingressum Solis in arietem atque Neuruz diceretur Regium sive novus annus Regius.* Ejus deinde ad singulos annos speciatim describendos Cælandaria componebant sive Ephemerides, quibus **المسح** nomen inditum, Almanach nostratibus quoque Calendographis notum, quamvis non satis intellectum. Strenam enim sive donum, aut stipem Augustam denotat: quia Regi, nec alij, primùm offerenda erat. Ut profectò parum omninò referant, quæ Cl. Salmasius Diatriba de annis climactericis p. 607. de Salmeschiniciis & Almenichiiciis apud Jamblichum, Eusebium, & Hephæstionem ex Persarum **سالمها** argutabatur i. e. periodo lunari, & quod almanachia veterum solos stellarum ortus atque occasus, lunæque varios motus tractasse opinabatur, ex quibus prognostica tempestatum deducerentur, quando certè hæc quoque non tam ephemerides quam epimenides Constantino Pseudogeoponico dictas fuisse constat nostratibus persimiles, cum & epistola illa Jamblichi suppositicia videatur, & quæ apud Eusebium atque Hephæstionem occurrunt, vix sana esse possint, corruptâ scripturâ sæpius interpolata, genuinam auctorum mentem non expriment



mant ab extrema Gracitatis barbarie profecta. Quem ritum  
 una cum universa festivitate sextidiana perpulerè describit  
 Ebn Mukfa : *Formosum scilicet quendam huic negotio adlectum noctu*  
*Regem accedere, atque interrogatum quid velit ? respondere : adferre se*  
*novum annum, nomenque sibi esse invicto, augusto & benedicto :*  
 أنا المنصوب واسمي المبارك *tum statim offerre Ephemerides*  
*(qua plerumque elegantissimè descripta, qualesque in Oriente & CP. aliquoties*  
*vidit Cl. Golius) & paropsidem argenteam in qua triticum, bordeum, pisa*  
*Indica, ciceres, sesama, & oryza, frustum item sacchari, & aurei recens*  
*cusi duo: (sic enim nos vertimus, quia quod idem Golius جلبان*  
*faenum Gracum interpretatus sit probare non possumus: quippe*  
*non iste hominum, sed equorum & jumentorum potius cibus*  
*est: Ebn sina مياش pisum Indicum maximè exponit, ut ipse*  
*ex Oceano Firauzabadij in Lexico suo Arabico vertit) idem*  
*quod خلر Persarum, quamvis Ebn Beitharus etiam fabam*  
*ردول reddiderit: Ex India autem id pisorum genus jam olim*  
*Persas in suas regiones transtulisse certum est, quemadmodum*  
*nostro tempore ex America in Europam subterranea de Gratia*  
*dicta transierunt, & leptoloba ex Italia, & minora viridia deli-*  
*catissima ex Hispania in Germaniam & Vindeliciam nostram.*  
*At primo illo Ephemeridum latori succedunt deinde dona*  
*reliquorum eo ordine, ut primo loco Imperator Exercitus ac-*  
*cedat, hunc sequitur præfectus ærarij, & istum præfectus appa-*  
*ratus bellici sive munitionum & armamentarij Regij, postre-*  
*rum populus, singuli secundum officia civilia, & familias dis-*  
*tincti. His Rex vicissim dona sibi oblata, & vestes novas, &*  
*pecunias, & epulas distribui jubet. Tum primus dies compo-*  
*tationibus & comessationibus, saltationibus, cantionibus,*  
*aliisque lætitiis insumitur à civibus & popularibus, secundus à*

Doctoribus & Astrologis: tertius à Consiliariis & Sacra tractantibus. Quartus à proceribus & propinquis Regiis, quintus à liberis, & denique sextus Regi proprius adsignatur; ad hunc verò præcipuè pertinere existimo facularum & cereorum illuminationes quales etiam apud nostrates in Magnatum aulis frequentes, per fenestras dispositæ, & ignes artificiales varij & odorati, qui ideò ab Europæis nonnihil differre videntur, non aliud quam sulfuris & nitri foetorem naribus objicientibus: sic enim Ebn Hajasus Poëta festivitatem Regis Adloddauli Ebn Bojaj describit:

ليلتها حسنها عجيب بالقصر والعرف قد تحقق

i. e. Nox ejus pulcritudine miranda ludis & odoribus celebrata.

Quæ omnia magnifica adeò & splendida habentur, ut Mutenabbius Ebn Aamidum Rucnaddauli copiarum Ducem celeberrimum elogio hoc tanquam summo dignatus sit:

عربي لسانها فلسفي رايه فارسيه اعياده

id est, Arabica ejus lingua [ summæ facundiæ ] philosophicus intellectus [ non minoris sapientiæ ] & Persica festa [ Persarum scilicet ritu splendidissima, & maximæ liberalitatis cum affabilitate, & comitate pari conjuncta, & quasi florida quæ Græcorum, εὐκραπείλια est sive ut ex Libanij excerptis diximus ἀνθροισ τῆς εὐκράτης: Germani nostri dicerent: wann es lustig und in Flor hergeheth. Ab istæ quoque Persarum consuetudine eodem ferè tempore æquinoctij non discrepabant Romana Liberalia sive ut hodiè dicuntur Bacchanalia, & quod ista biduo præcedebat festum Perennæ, sive Equiria altera, Tiberi crescente in monte Cælio de quibus Ovidius III. Fastor. III.



*Sex ubi sustulerit totidemq; remisit. orbes  
Purpureum rapido qui vebit axe diens.*

id est, XIII. Martij.

*Altera gramineo spectabis Equiria campo  
Quem Tiberis curvis in latus urget aquis.*

Hoc enim exundante

*Cælius accipiet pulverulentus equos.*

Ac : *Idibus est Anna festum geniale Perenna*

*Non procul à ripis advena Tibri tuis.*

*Plebs venit & virides passim disjecta per herbas*

*Potat, & accumbit cum pare quisque sua.*

*Sub Jove pars durat, pauci tentoria ponunt,*

*Sunt quibus è ramis frondea facta casa est.*

*Pars sibi pro rigidis calamos statuere columnis*

*Insuper extensas imposuere togas.*

*Sole tamen vinoque calent, annosque precantur*

*Quot sumunt cyathos, ad numerumque bibunt.*

*Invenies illic qui Nestoris eibat annos*

*Quæ sit per calices facta Sybilla suos*

*Illic & cantant quidquid didicere theatris*

*Et jaectant faciles ad sua verba manus.*

*Et ducunt posito duras cratere choreas*

*Cultaq; diffusis saltat amica comis*

*Cum redeunt titubant, & sunt spectacula vulgi,*

*Et fortunatis obvia turba vocat.*

Hoc autem mense etiam Romani veteres annum inchoabant,  
quod idem loco cit. narraverat : de Calendis Martiis ajens :

*A te principium Romano ducimus anno*

*Primus de patrio nomine mensis erit.*

Idemque etiam vicinos populos fecisse addit: sed aliis diebus:

*Tertius Albanis, quintus fuit ille Faliscis,*

*Sextus apud populos Hernica terra tuos.*

Et cum Albanis Aricinos convenisse dixisset: subjungit

*Quintum Laurentes, bis quintum Æquicolus acer*

*A tribus hunc primum turba Forensis habet.*

In festo quoque Nymphæ Matris DEÛm filiæ quam Attis deperit, Sallustius Philosophus Platonicus, quem Lucæ Holstenio Gabriel Naudæus, Naudæo autem Respubl. literaria debet, præter abstinentiam victus vulgaris c. IX. οἶσε τε καὶ ἡνὸς ἄλλης παχείας καὶ εὐπαγαῖς ἰσοφῆς ἀπέχεσθαι: lactis cibationem tanquam regenerantium aut renascentium commemorabat, γάλακτος ἰσοφῆν ὡσαύτε ἀναγεννωμένων: ἐφ' οἷς ἰλαρίαι καὶ εὐφροναί: festivitates sive hilaritates & coronas, eodem verno tempore circa æquinoctium: περὶ τὸ ἕαρος καὶ ἡνὸς ἰσημερίαν: quo Persæ suum Nauruz celebrare solent.

In Calendario veteri quod olim Romæ in ædibus Maffeorum ad Agrippinam in tabula marmorea supernè nonnihil diffracta exstabat X. Idus Martij. Sol in ariete, VII. autem Id. præcedente Æquinoctium vernum collocatur, quod Lil. Greg. Giraldus primus edidit, repetiit deinde Th. Dempsterus adnot. ad Rosini antiq. Rom. lib. IV. cap. III. & Greg. Bersmannus in Ovid. fast. id est, d. XIIIX. Martij, cùm scilicet Liberalia apud Varronem celebrata, quo die ingenui pueri prætextis positis togas sumebant: proximo autem in eod. Calendario FAVONIUS LATE SPIRAT, ET CICONIA MARE TRANSMISSO APPARET. Mirum certè videri queat, quod Joseph. Scaliger Vallense illud Farnesiano melius existimârit cum tamen Fulvius Ursinus in notis ex hoc sæpius illud emendârit, & quæ vetustate legi non poterant, restituerit. Nec enim quod  
iconas



iconas attinet tanti haberi debet, quod sagittarius non plenus, sed dimidiato vultu, ut Juvenalis eleganter loquitur, statua mediteretur prælia luscæ, cum certè hunc centaurum veteres dudum existimârint, etiam pleno vultu luscum i. e. verius altero lumine orbatum, & Orientales gentes arcu sagittas, utriusque oculi collimatione, secus quam nostri bombardari, pericissimè emittant. Sic autem Martius se habet:

DIES XXXI.  
 NON. SEPTIMAN.  
 DIES. HOR. XII.  
 NOX. HOR. XII.  
 ÆQUINOCTIUM.  
 IIX. KAL. APRIL.  
 SOL. PISCIBUS.  
 TUTEL. MINERVÆ.  
 VINEÆ. PEDAMINA.  
 IN. PASTINO.  
 PUTANTUR.  
 TRIMESTR. SERITUR.  
 ISIDIS. NAVIGIUM.  
 SACR. MAMURIO.  
 LIBERAL. QUINQUATRIA.  
 LAVATIO.  
*Arietis Signum.*  
 MENSIS  
 APRILIS.  
 DIES XXX.  
 NONÆ  
 QUINTAN.  
 DIES.

HOR. XIIIIS.

NOX. HOR. XS.

SOL. ARIETE.

TUTELA.

VENERIS. OVES.

LUSTRANTUR.

SACRUM. PHARIÆ.

ITEM.

SARAPIA.

id est, Isis, quæ Ægyptiis annus, culta à Caracalla Imper. apud Spartianum, & ab Othone apud Sueton. & Commodo apud Lampridium. Ex isto autem alterum Maffejorum Calendarium explicandum quo æquinoctium in Martio positum Aprili redit, nimirum extremis piscium gradibus id fieri putabant veteres antequam pleno sidere aries oriretur Aprili sive ingressu in arietem. Apud Manilium lib. II. idem habetur:

*Æstas à geminis, auctumnus virgine surgit.  
Bruma sagittifero, ver piscibus incipit esse.*

Et tamen ibidem hæc legas:

*Quatuor equali cælum discrimine signant  
In quibus articulos anni DEUS ipse creavit  
Ver aries, Cererem cancer, Bacchumq; ministrans  
Libra, caper brumam, genitusque ad frigora piscis.*

In nummo quoque Pertinacis Imper. Rom. antiquo legitur altera parte: PROVIDENTIA. DEORUM. adversa autem conspicitur femina sive Roma sit, sive fortuna Augusti, quæ utraque manu globum cœlo delapsum excipit, in quo signa geminorum videntur, cujus significatum obscurum puto, & ad horoscopus illius forsan referendum, qualem in ♄. signo suum Augustum Cæs. tantoperè suspexisse obiter diximus exercitat. nostra



nostra de Ægagropilis II. cumque imitatum putamus Philip-  
pum Imper. in numo Zeugmatensium ap. Stradan. 171. Certè  
ut illi imperij fastigium capricornus significâsse putabatur, ita  
etiam gemini pacificam illius administrationem in Pertinace  
denotâsse verosimile, ad Manilij mentem :

*Arma procul lituosq; volunt, tristemq; senectam*

*Otia, & aeternam peragunt in morte juventam.*

In altero autem Commodi Imper. legitur :

TELLUS. STABII.

TR. P. XII. IMP. IIX. COS. V. P. P.

Altera parte statua jacens sive sedens, cum pampino in formam  
umbraculi superius longius protenso, dextra IV. anni tempora  
cum donis suis exhibet : ex quibus tamen auctumnus primus  
est, uvas & fructus portans, ver secundum, corollas fert, hiems  
pateram, æstas alata spicam ( nec enim palmam satis referre vi-  
detur ) sinistra globum cœlestem tenet stellatum cum Zodiaco,  
in quo initium hoc ordine : X. V. 8. vernam stationem Solis,  
annique totius initia repræsentat, apud Guil. de Choul in Dis-  
sert. de antiq. castramet. Rom. Sic enim & ipse explicat : *Tellus*  
*stabilis* : mallem : STABIIORUM ( fertilissima scilicet & thermis  
Tabiarum dictis Galeno propè Vesuvium celebratissima ) *pro-*  
*duciēt vin, bleu, fleurs, & fruiets* : pro spica enim & ipse habuisse  
videtur, quam alata imago fert p. 129. nec aliter spica virginis  
in nummo Alex. Severi exprimitur apud Nobilissimum & ami-  
cissimum Patinum, thesaur. num. p. 121. & in Alex. Mammææ  
apud Guil. de Choul, in quo etiam reliqua signa ferè omnia di-  
versissimè procusa cernuntur. At illud quod in numo Trajani  
contornato, ut vocant, majore, & quales Jo. Faber Med. & an-  
tiquarius Pontificis Rom. præstantissimus posteriorum Imper.  
tempore non monetæ, sed memoriæ tantùm causa cusos arbi-  
tratur, in quo Jupiter in medio, Palladis simulacrum, i. e. Plotinæ  
suæ, consente celeberrimo Patino nostro, manu gerens ante se

habet fulcrum, impositum clypeo, quem Zodiaci signa exor-  
nant, hoc ordine : ♄. ♃. ♀. ♁. ♀. ☿. ☽. ☿. omninò excusari nullo mo-  
do potest : sed artificis haut dubiè imperitiæ adsignandum. Sed & vett. ipsi non uno modo signa cœlestia pingebant, in-  
terque illa sagittarium, nec luscum semper aut dimidiata facie,  
obliqua tuentibus hircis, nec semper plena, sed eo quandoq;  
modo, quo hodiè plerique designant solius sagittæ iconem ex-  
primebant, parumper tamen diverso, ut nempe inferiori parte  
non transversa lineola, sed quatuor virgulæ utrinque diductæ,  
tanquam sagittæ pennatas alas referant, quemadmodum in  
marmore antiquo Romæ vidisse memini, quo DEOrum con-  
cilium in cœlo exhibetur, Zodiaco per medium transeunte, eo  
ordine, qui infra videri poterit. Nihil autem omninò cum  
antiquitate, aut moderna consuetudine commune habet per-  
fectionis imago, profectò non perfecta, quam Petri Leonis Ca-  
sellæ inventionem in Iconologia sua produxit Cæsar Ripa, virgi-  
ginem pingens sinistra circulum circino effingentem, & dex-  
tra Zodiacum tenentem, quo tamen nullus signorum ordo ob-  
servatur : & inter imagines Germanici, quas Grotius dedit,  
Centaurus Croton dictus, diversus ab altero Chirone, sive *ἰπ-  
πότρης*, facie quidem luscâ, non tamen dimidiata sed integra  
apparet, in qua oculus sinister integer etiam conspicitur, ad  
dextram stella ponitur nubilosa, ejusdem magnitudinis, cujus  
sunt tres aliæ in ephaptide illius dextro latere, & quarta in si-  
nistro, & duæ iterum aliæ in fronte & sincipite : bellatorem  
appellans & ipse :

*Belligerum Titan magnum cùm contigit arcum  
Ducentemq; ferunt sinuato spicula nervo.*

In nummo autem æneo Juliæ Mœsæ sororis Severi Imper. con-  
jugis, quæ avia Heliogabali, inter signa cœlestia num. CXLII.  
ab Octavio de Strada sagittarius depingitur prolixè capillatus,  
loc



loco ephaptidis: & in illo Alexandri Mammææ apud Guil. de Choul. Dissert. de antiq. Rom. p. 53. centaurus manifestè unoculus apparet plena facie, rotunda capitis figura, quemadmodum & reliqua pleraque à vulgatis diversa conspiciuntur, in quo etiam scriptura singulare hoc offert, ut sigmatis locum non C. semirobundum sed tanquam Latinorum vet. semiquadratum obtineat, quale etiam in thes. numismat. Nobilissimi Patini, & apud L. Allacium animadv. in Inghiramij antiq. Etruscas in tabula Gonzalis videri potest. At in argenteo Licinij Valeriani apud eundem Stradam, plena facie Germanici imagini simillimus conspicitur, sed ingenti ephaptide oneratus, si proportionem staturæ tenuioris consideres. Apud Habrechtum verò in planiglobio cœlesti sagittarius loco ephaptidis alatus cernitur, & Jacobus Bartschius Lusatus in globi sui cœlestis schematismo eundem pariter duabus alis conspicuum representavit, sed ephaptidem tamen addidit unicâ stellulâ, eaque minimâ insignem, in dextra autem ala duas minimasque stellulas collocans, sinistra duas mediocrem & unam majusculam, quæ omnia in globis ipsiis picturatis majoribus, quam ære sculptis, manifestiora apparent, quos Inclutæ Nationi Germanicæ quæ Patavij studiorum causa agit, olim donatos quotidie inspicere licuit, cùm ante hos XXX. annos Bibliothecæ suæ curam meæ fidei credidisset. Sed & in nummis antiquis quibusdam, quales apud Patinum nostrum videri possunt, libra, humanum signum, p. 104. thes. num. virginem alteram refert, quæ lanciifera est, ut altera spicifera, Græcis illa  $\zeta\upsilon\gamma\delta\phi\omicron\sigma\omicron\varsigma$  hæc vero  $\xi\alpha\chi\upsilon\phi\omicron\sigma\omicron\varsigma$  vocari queat: Arabibus autem illa  $\text{دو الميزان}$  hæc  $\text{دو السنبله}$  diceretur. Et hæc quoque in figuris alata non minus pingitur quam numismatibus apud Habrechtum

dextra falcem gerit, sinistra spicam unicam, apud Bartschium, autem quadruplicem, dextrâ in pugnum contractâ, sed in globo Achillis Gasseri Augustæ quondam apud nos ante sæculum excuso in palmam explicita: In tabula autem Calendaria Francofurtensi, quam nescio quis sub literarum T. Z. V. N. sipario latens c I o I o XCIIIX. edidit, surculum, non spicam gestat, cui ramus in nummo Pertinacis apud Choulium palmæ similis propius accedit, nec certè spicam tantùm, sed culmum integrum, quadrifidum, ut apud Bartschium, ostendit: & in systemate Germanici Cæsaris eadem quæ Andromeda depingitur. sinistrâ surculum gerens, dextrâ catena adligata est, ex qua libra dependet: in iconibus autem Astræa etiam prolixè capillata, dextra surculum gestat, sinistra caduceum Cyllenij, ut sanè versus apppositi non satis respondeant:

- - - - - cui plena sinistra  
Fulget spica manu maturisq; ardet aristis.

Nimirùm Manilius latius veris initia extendebat, nec æquinoctio demùm, sed extremis jam piscium gradibus inchoari existimabat, quod in Sphæra armillari videri potest Varronis effato convenientissimum, qui apud A. Gellium III. c. X. in libr. hebdomadam sive de imaginibus, septenarij numerum, etiam in Zodiaco, efficacem ostensurus: *In septimo enim, ajebat, fit Solstitium à bruma. In septimo bruma à Solstitio. In septimo æquinoctium ab æquinoctio.* Sic autem Sphæram Græcè *κεκωσμένη*, scribere, & *circularem* sive *armillarem* Latinè potius reddendam duxi, quam *pertusam*, *κεκωσμένην*, ut fecit is quisquis fuerit, qui Græcorum nominum interpretationem editioni Batavicæ adjecit, quæ clæ Ioc XLIV. Lugduni ex Hieron. de Vogel typographéo prodiit: si enim ab ariete ad libram septem numeraveris, & à libra iterum ad arietem, æquale undique spatium de-

prehen-



prehendes. Majus tamen esse à vere ad autumnum, quam ab isto ad ver, supra innuimus: ut ita ariete præterito quosdam jam olim inter antiquiores à piscibus veris initium fecisse appareat, quod absque contradictione ulla Calendarium Farnesianum ostendit, m. Martio. SOL. IN. PISCIBUS. IIX. CAL. APRIL. Certè si illud Varronis non exclusivè, ut loquuntur, acceperis, verum non erit in septimo fieri inclusivè: quia uno signo aut terminus à quo prorogandus, aut alter ad quem producendus fuerit: & sic tamen nihilo secius punctorum suorum ratio coluris constabit, quæ medium cœlum dividunt in partes æquales, sive ut Isidorus III. Orig. cap. LXX. loquitur, quibus mediam mundi lineam tradunt. Idem enim est, si id extremis piscium & initio Scorpj tribuas, quam si arietis primo signo & libræ. Cur autem Liberalia à Libero & Bacchus Liber dictus sit Ovidius I. c. docebit. In eodem Calendario sequitur: *æquinoctium pluit & tonat*: quod apud nos Germanos quoque sæpius accidit, qui Româ remoti propius ad alpium radices latissimè diffusas, & cæteri longius ad Oceanum vivimus. Nimirum, non semper Favonius ipse & Cardinalis ventus spirat, sed aliquando etiam Africus aut Caurus utrimvis lateralis, non ab ipso Sole occiduo æquinoctiali, sed vel à tropico hiberno, vel æstivo participans, quos astrolabio inscribendos docet doctissimus Jo. Stofferinus in astrolabij sui fabrica p. 24. & quos inter XXXII. nautarum nostri sæculi versus tropicum capricorni, & cancri utrinque sex alios proximos eleganter dispescunt, semimeridionales & semiseptentrionales, aut semihibernos & semiæstivos, quorum mixtura verno tempore æquinoctium sæpè in hiemem revolvi, aut provolvi in æstatem & pluere ac tonare facit, coactis nubibus ex mari Atlantico aut Balthico, quod apud Cluverium in Introduct. Geogr. videri potest, multoque accuratius apud Gemmam Frisium part. I. Cosmograph, c. XV.

ut qui ventos etiam secundum gradus circulorum terrestrium & quibus respondent, coelestium signorum, determinavit, appendice operis, quam Hispanico Sermone vocat : *Añadidura en la qual cuenta los vientos segun los marineros modernos. Additamentum in quo venti numerantur secundum nautas modernos*: quos sæpè in causa putabat, ut magnes declinare videatur, *la declinacion de la aguja*. Vuillebrordus Snellius in Tiphys Batavi lib. II. p. 100. declinationem pariter acus magneticæ in Histiodromice commemorans, ventos secundum gradus accuratius disposuit. Gerardus etiam Muthius in horologio suo Astronomico Geographico perpulerè repræsentavit : & anonymus auctor tabulæ Calendaræ Francofurtensis in altera ei respondente Anemographica, ventos ad graduum numeros expressos circulis admensus est, terras & maria quæ transeunt, ostendentibus, si rectâ lineâ ferri contingat, factò à septentrione initio. Ex istis autem vernæ faciei, & germinationi primæ sub æquinoctio convenientiores sunt qui ab occidente ad meridiem seu Trôpicum ♋. potius spectant, quam ad Septentrionem & Trôpicum ♎. aut coluro æquinoctiorum in nostro hemisphærio propius accedunt, semiaustrini, si terræ loca sicciora fuerint, sin paludosa & humida semiboreales, quamvis & austrum in locis à mari remotioribus siccum Aristoteles, nec nisi cum illud transferit, humidum testetur. Ideoque & Petrus Pitatus in Ephemer. suis Serenissimæ Reipubl. Venetæ olim dicatis X. aut XI. Martij æquinoctium variis adspectibus, consideratione reliquorum planetarum in mutatione aëris observandum, finem tamen arietis ferè semper pluviosum monebat. Hinc verò fœcunditas & renovatio anni, & latiores germinationes, quam viriditate designat Saadus in rosæto suo, ut supra dicebamus, & Persæ vestimentorum etiam colore imitantur, secus quam Turcæ, quibus viridia ceu sacra gestare non licet, nisi ex Muham.



Muhammedi familia (si fas est credere) oriundis: tam enim id verè demonstrare nôrunt, quam nostrorum Judæorum coluvies tribuum antiquiorum nomina ad origines suas pertrahere possunt. Nimirum hac quoque ventorum coorientium consideratione aries efficax, quemadmodum calore vegetante: Macrobius I. Saturnal. c. XXI. de Libybus: *Ammonem* (Ægyptiis dictum arietem) *DEUM Solem existimant, arietinis cornibus fingunt, quibus maximè id animal valet, sicut radiis Sol.* Jovem nominabat Isidorus Hispalensis III. Orig. cap. LXX. quod tamen ut ab homine semidocto profectum est, rhapsodiis adfecto, & antiquitatis non satis perito, ita etiam parum, refert. Nec enim Solem, & Ammonem, & Jovem, diversum, sed unum Numen paganis non uno sub nomine cultum perdoctè, ut reliqua plura advertit ubique Ger. Jo. Vossius in libris præclarissimis quos de Theol. gentili conscripsit, ut meram physiologiam Christianam ostenderet, quod inter antiquiores jam olim quoque Sallustius philosophus statuebat lib. de Mundo & Diis. cap. IX. *fabulam mundo respondentem vocabat: Προς τὸν κόσμον οἰκείως ἔχοντα τὸν μύθον.* Mundum Sphæram ex Zodiaco demonstrabat, quod cujuscunque orbis pars inferior medium sit. *Κόσμος σφαῖρα, ὃ γὰρ ζωδιακὸς δείκνυσι ἴστω. Σφαῖρας γὰρ πάσης τὸ κάτω μέσον ἐστὶ.* Cælum autem ad orbium cælestium numeros, XII. Deorum Sphæras, eorumque figuras *enigmata* appellabat: *Σφαῖρας τῶν δώδεκα Θεῶν, αἰνίγματα ἐν τοῖς ἀγάλμασι.* Ab istis autem fatum, cujus series in illis corporibus maximè eluceat, & propter quam ars Mathematica inventa fuerit: *εἰμαρμένη καλεῖται διὰ τὸ μάλλον τοῖς σώμασι φαίνεσθαι τὸν εἰρμόν. ὅτι ἢν καὶ ἡ Μαθηματικὴ εὐρηται λέχνη.* Nec multum absunt à Platonica ista Philosophia Rabbiorum fabulationes, apud quos astra, atque inprimis Sol, sive intelligentiæ eorum formâ quasi vestitæ, cum ab oriente in occasum perve-

pervenerint ( quo Majestatem DEI semper refidere dicunt ) apud R. Eliezerem in Pirke, inclinant se coram Sancto Benedicto & ajunt : *Domine orbium caelestium feci juxta id omne, quod preceperas mihi.* Piè quidem id credimus, sed figuratè tamen intelligendum, quo modo creata omninò omnia, etiam terrena & abjectissima, DEI imperio obediunt. In corporum quoque constitutionibus mutandis, & valetudinum curis æquinoctium, maximè vernum, ventorum conspiratione incommodum sæpius, quam utile, medentium experimenta docuerunt, quorum & Cic. meminit X. Epist. ad Attic. ep. penultimâ : *crebro, ajens, refricat lippitudo, non illa quidem perodiosa, sed qua tamen scriptionem impedit : Ocellam vellem haberemus : videntur enim esse hæc leviora.* Ocella Turnebo interprete XII. adversar. c. X. spatium dicitur ab æquinoctio ad Vergilias, quo scilicet cœlum minus turbatum, magis serenari solitum. Nam statim de navigatione sua addit : *Nunc quidem æquinoctium nos moratur, quod valde perturbatum erat, id scilicet cras erit.* Vitiosam scripturam quis non intelligat? Si enim jam erat, quomodo demum erit? rescribes nostrâ emendatione : *perturbatum erat ε̄ ἀνεαῖς* : i. e. multis nubibus obductum, quod ex Anton. Bosio, doctissimus Dion. Gothofredus rectè quidem (sublato : *cras* : ) commonuit, sed & illud alterum : *erit* : tollere debebat. Cic. sanè maximè in epistolis usitatum Græca subinde interspergere, quæ Athenis scilicet didicerat, & nec dum desuescere poterat, etsi in orationum textura nihil unquam, nisi quod merè Latinum esset, prudenter comprobaret. Cùm enim lippientibus ipsa navigatio noceat, nocebit eò magis, si cœlum præterea nubilosum & ventosum, non sudum fuerit ; rarò enim à nubibus venti abesse possunt. ἀνεαῖς. ἀνεως αῖς : ἀνεαῖον : ἀνειβῆς. apud Eustathium, cœlum intemperatum, ventis per summa flantibus, & acutis in Odyss. β', ut εὐνεαῖς, temperatum è contratio apud Apollo-




Apollonium Rhodium II. Argonauticorum: *Serenum*. Aristoteles optimè in problem. Natur. XXVI. Æquinoctium utrinque confine hiemi & æstati adfirmans: ἰσημερίαν μεθ' ὅριον χειμῶνος καὶ θερισ: Supergredi tamen nonnunquam Solem æquinoctium nobis apparens docet: ὑπερβεβηκέναι καὶ ἐκλείπειν ἴσ' ἀκριβῆς ὅρα ideoque magis accedentem aut recedentem ad alterutrum, aëris quoque inæqualitatem & tempestatum varietatem causari, & cùm ad hiemem, ventum Libyn sive Libycum dictum flare; ἐκ ἴσ' ἴσ' μέγας ἀνέμους πνεῖν, ὧν ἐστὶ πρῶτος λίψ, ὧν ὑγρὸς φύσει: ad æstatem vero austrum, (ὁ ὄμβρος) calidiores quoque Euro & noto propiores, Borealibus contrarios concludebat, Zephyro autem magis pluvios: æqualis autem temperiei æquinoctium optimæ notæ appellabat: ἰσημερία ἰσοκρατῆς εὐσημιον ἰῶ ἕσσην ποιεῖ. Præsiderare hoc vocabant Græci vet. ἀροχειμαλίζειν καὶ ἀροθερίζειν, & ἐπιχειμαλίζειν ἢ μεταχειμαλίζειν: & ἐπιθερίζειν ἢ μεταθερίζειν apud Vegetium V. 10. tanquam hiemem & æstatem prævertere aut postponere dixeris. Apud Arist. I. c. νότοι οἱ ξηροὶ καὶ μὴ ὑδατώδεις, πυρρώδεις εἰσὶν. καὶ ἐνιαυτὸς ἐπομβρῆος καὶ ὑγρὸς νοσῶδης: *Austri ficci est minus aquosi seu pluvij, febres ingenerant: annus autem pluvius est humidus, morborum ferox.* Hinc est, opinor, quod æstatem quoque ad æquinoctium auctumnale referat Ulpianus in LXIIIX. ad edictum XLIII. P. tit. XIII. §. 8. Quamvis enim in prohibitorio & restitutorio illo de ripis fluminum, & aquarum fluxu, incrementa potius & decrementa, imbrium maximè & nivium aut etiam ventorum imperu, concitata respiciat, apparet tamen ad hiemem igitur æquinoctium vernum referendum, nec enim ante hoc facile fieri queat, ut quis aliter aquam fluere faciat, quam priore æstate fluxit, quod prætor, ne vicinis & quorum intersit, damna inferantur, vetabat, etiam de

restituendo cavendum edicens. Cæterum verba Aali Kush-  
kensis de habitationibus terræ, sic habent, ut Gravius interpre-  
tatus est: *Principium habitationum in plaga Orientali locus est quam*  
*Caucadoram vocant. In occidente est Insula, quæ olim habitata, sed*  
*nunc deserta est, eam appellant Insulam Chaledat.* Mirari queas: *In-*  
*sulam Chaledat*: reddidisse vix enim causam fingere licuerit,  
nisi quod desertam pronunciârit. Hoc enim non convenit for-

fortunatis Insulis quæ certe plurium nomine جزایر حلدات  
i. e. *Insulas lucrosas* appellabat, non *Insulam*: addens à maris oc-  
cidui sive Atlantici litore X. gradibus abesse. Hæc alij expe-  
diant & dispiciant an forsan illæ Insulæ esse queant, quæ in  
mari pacifico dicto Ortelius in mappis suis totidem gradibus à  
litore Peruano distantes incognitas vocat: quemadmodum &  
quæ illa Urbs Cancadora sit, cum in tabulis omninò nullis, ne  
recentissimis quidem, compareat: & totidem quoque gradibus  
i. e. X. ab æquatore illæ Insulæ Ortelij, & à tropico ♀. XXIII.  
distant. An verò illæ censerì possint, quas Isaacus Habrech-  
tus Med. Argentin. præstantissimus in planiglobio suo terreno  
Lusitanis *Islas das Astradoras* dici memorat, nondum liquet, nam  
graduum defectus qui in tabulis istis Geographicis occurrit,  
causa est, ut certi quidpiam determinare non liceat. Addebat  
autem Kushkensis Indos habitationum initia ab Oriente sumere,  
ut distantia sit secundum primum motum principio facto  
ab Insula Cancadora quæ ultra Philippinas Franc. Gomezij sita.  
Huic consentit Indus ille Astronomus MS. qui olim in Palatina  
Bibliotheca erat nunc in Vaticana habetur, & ipse Persicâ linguâ  
scriptus. Hæc certè Insulæ eadem haut dubiè, quæ Hispanis  
quoque [ *Açores* ] sic enim scribendum non geminatione den-  
sius sibilantis consonæ, *Açores*, id est, *accipitraria sive Asturina*.  
Nam *Açore*, idem qui *astore* Italicorum apud Laurent. Franciosin.




تطبي فلك البرج مخربان بالحركة الاولي حول تطبي معدل النهار والارثنان  
الموضعهما من الدائرة المحطوطه علي اقصاب الفلكين،  
فلك الشمال، فلك منطقة البرج



دوائر الافاق تقسم من الدوائر المتوازية لدائرة معدل النهار فقط بنصفين

Faint handwritten text at the top of the page, possibly a title or introductory notes.



Small handwritten text or a label located directly below the circular diagram.

Handwritten text at the bottom of the page, likely a conclusion or a detailed description related to the diagram above.



in Lex. peregregio Ital. Hispan. *Asur* Latinis, ex accipitris aut Nisi familia, quales Indicorum corvorum nomine, pennarum coloribus mirè variati pulcerrimi ad nos sæpius adferuntur, & quos in Insulis illis frequentissimos Arabibus شقراق dictos, quibusdam etiam dracunculos aves, quamvis inusitatè & novè, monuimus Exercit. nostra de Vena Medin. Alio tamen modo terrarum loca signis coelestibus subjiciunt Geographi plerique, circulos enim Sphæræ materialis depingunt illis in cœlo analogos: æquatorem in medio designantes respectu polorum mundi, à quibus æqualiter distat, & respectu motus solis diurni: & hac ratione, qui sunt sub æquatore, perpetuum habent æquinoctium, reliquis quantum æquator ad punctum verticale recesserit, tantum alter polus super horizonte elevatur, quantum alter deprimitur, & vicissim. At meridianum fixum seu finem terræ antiquis ultimum à Canariis ductum, quia nihil cognitum ipsis versus occidentem, servandum potius plerique doctiorum statuerunt, vitandæ confusioni, quam imitari eos, qui posteriores illas Insulas Flandricas sive accipitrarias dictas eligere malunt, cùm tota India Occid: sive America jam, ante sæculum inventa fuerit à Vespuccio Florentino, & incognitæ etiam illæ Ortelij X. gradibus ultra litora Peruana distent. Ab hoc autem meridianos plurimos ducebat Anton. Maginus, sibi què invicem propiores, quàm quos cæteri omnes X. graduum æquali distantia dimetiuntur. In systemate Germanici Cæsaris legitur: *Circulus signifer à Græcis Zodiacus appellatur, habet in circulo suo partes 365. in latitudine 12. per quem Planeta vario motu feruntur, nec aliud habitatur in terris, quam quod illi subjacet. Reliqua poli squallent, per quem Sol discurrens, dies 67 annos, tempora mensesq; adjuncta sibi lunaris cursus ratione conficit, subjectaq; terrarum climata partium inclinatione vel fovet, vel exurit, atque hunc cir-*

*culum permeando notissimum sui nominis explicat annum.* Certè illi quoque qui ab Insulis Atlanticis meridianos ducunt alij inter accipitrarias Insulam Corvi eligunt, ut P. Adamus Aigenlerus c. I. artic. I. problem. Geograph. §. III. alij Teneriffam ex Canariis seu fortunatis quod Anglis hodiè usitatum, alij ex iisdem cum Jo. Bapt. Ricciolo Insulam Palmam, quæ maxima inter cæteras omnes occidentalis sit: Etsi, ut liberius dicere liceat, in tam exigua illarum distantia, quæ facit ut pro uno quasi loco omnes habeantur, parum referre possit, & cuius liberum, relinquendum videatur, à quo puncto thesin & hypothesin suam auspiciari placuerit, cum natura ipsâ in globo nullum initium sit, nisi quod fingas aut pro lubitu ubicunque constituas. Videbis autem in tabulis Ortelianis etiam ultra has fortunatas pari propemodum distantia ab æquatore etiam infortunatas Magellani XL. ferè gradibus ab incognitis & auriferis distantes, & Insulam Tiburonum tantundem ab iisdem, ab æquinoctiali autem IIX. gradibus remotam: Insulas denique gallopavonum ex altera æquatoris parte xv. gradibus à litore Caribano Peruanorum distitas, à quibus omnibus meridiani incipi possent pro lubitu. Conferes autem his omnibus elegantissimam tabulam climatum & meridianorum, quam ad Ptolemæi mentem olim dedit Anton. Maginus, operis doctissimi omnium primam, qua meridiani etiam horarum numero perquam accuratè & commodè distinguuntur, etsi hac quoque in re nostri sæculi industriam laude dignissimam fateamur. Sed hæc ita in cælo quidem certissima, in terra autem illius constellationibus signisque signiferi subjicienda, ob diversam Astrologorum & Geographorum intentionem, obscuras rationes habent, quas illis idèò expediendas relinquere præstiterit, cum nec directè quidquam ad anni constitutionem faciant, quam Ruzname sive catalogus noster accurandam respicit,




spicit, ex Persarum sententia, & plerarumque gentium Orientis, quibus temporum mensura eadem usitata, aut etiam ab illis tanquam mutuo sumpta. Non Solem tamen sed Lunam in urbium aliorumque locorum terræ subjectione spectabant Platonici, cujus opinionis hanc rationem reddit Sallustius Philosophus de Diis & mundo. c. IX. quod quæ supra lunam sint, nihil omninò fortuiti habeant. Πᾶσα γὰρ πόλις ἐκ διαφορῶν παραγμάτων σωίσαται. ἐν τοῖς ὑπὸ σελήνην δὲ λέω δύναμιν ἔχει. ἐπειδὴ ὑπὲρ σελήνην ἔδδ' ἐν ἐκ λύχης ἀν γένοιτο. i. e. *qualibet Urbs ex diversis rebus coalescit: Ea sub Luna potestatem exercet, quando supra Lunam nihil omninò fortuiti accidit.* Planetas sanè præsides climatum non minus quam Zodiaci signa vert. constituisse monebat Salmasius de ann. Climacter. p. 607. unde nec malè inferebat: aut sidera DEOS dicendos, aut nihil omninò probabilitatis Astrologiam ejusmodi habere, contra quam aliis videbatur, quam certè solam ob causam diatriba illa à tanto viro scribi digna erat. Quin etiam ex Persarum & Arabum doctrina Telesmatica Jac. Gaffarellus in curiositatibus suis inauditis, Scripturam sideream, fatorum indicinam, ex stellarum fixarum positu diverso singulis annis desumptam, terrarum regionibus, & urbibus sigillatim singulis potius aptandam putabat, Hebræas literas quadrilateras exprimentem, qualem videre poteris etiam in Athan. Kircheri Oedipo, & cujus exemplum clo Ioc XLIX. seditione pressæ Neapoli accommodabat Bernardus Rottendorffius Medicus præclarus Franc. Guil. Episcopi Osnabrugensis 𐤒𐤓𐤁 desolationem, aut gladium omnia vastantem, tum temporis urbi imminuentem, præfat. in Floram Barberinam Jo. Bapt. Ferrarij, Amstelodami recusam, quamvis fortasse longè elegantius magisque ad Persarum institutum ad Persicas quoque voces & literas reduci potuisset, de quibus ad idéam inscriptionis Tisliminaricæ sive residuæ

Persepolitanae quaedam differui in historia literaria Turcarum, ubi cum antiquissima Arabum quadrata & reticulari dicta, adeoque & stellata ista comparata aliquando spectari poterit. Figuram duabus illis, in quibus mensium nomina ad signa Zodiaci & XII. domicilia Cœli designantur, subjunximus etiam alteram, ex qua ad globum terraqueum factâ comparatione, uno quasi conspectu, regiones cuius signo Zodiaci subjectas cognoscere licebit, horizontibus pluribus æquatori æqualibus, meridianis autem à polis mundi, & alteris illis à polis Zodiaci ductis, intra quorum spatia continentur. Nec aliud Ægyptij docebant in obeliscis suis & Canopis & tabulis hieroglyphicis: In illo præcipuè, quem Kircherus non vidit, nec in theatro suo descripsit, nec spectandum proposuit, ut puto, Alexandrino, alio ab Medicéo, & quem ex Pinacotheca sua avita in Saxo seu marmore griseo, Julij Romani, pictoris celeberrimi manu per-eleganter depictum mihi dono dedit vir Nobilissimus Vuolf-gangus Leonardus Steiningerus, ad finis & amicus honoratissimus, Naturæ rejuvenescentis in Ægypto, tempore Æquinoctij verni idèa traditur, summo statim vertice caput leonis, sive Momphthæ conspicitur, incrementi Nilotici fœcunditatem significans quem excipit accipiter polymammos, (qualis in aliis non comparet) intelligentiæ solaris, seu ipsius Solis nutrij ubertatem innuens, paulloque inferius aspis squammosus & maculosus in circulum convolutus, anni vegetationem præcipuè denotat, inserto per medium capreolo Isidis satis crasso, & ipso vegetationis ac incrementi naturalis indicio, qui in reliquis quoque acubus Pharaonicis sive Regiis sapius conspicitur, quo tempore scilicet angues senectam deponunt, nam etiam in Ramestæo seu Lateranensi, Ferdinando III. Rom. Cæs. Augustissimo dicato, aspis in circulum convolutus, pantomorphiam seu animam mundi exhibet omnia penetrantem.



# دواير سال كداي و سال مهيا من اهل الروم ليوليوس القيصار



terz Dominicales Latinis responderies.  
B. C. D. E. F. G

ح ح ح ح ب  
 حرفه يوم ال احد

دائرة الشمس، من سنة 1504  
 يوم الكبيسة، من سنة 1507  
 المهيد، من سنة 1507





Sed integrum istum data occasione, quam dixi, in lucem producam in historialiteraria Turcærum, & pluribus cum DEO exponere conabor. Apud Græcos etiam aries princeps signum, cui caput hominis adsignatum in vertice mundi collocatum ab astrologis, hinc etiam initium diei naturalis à meridie desumentibus, narrante in libro suo *Ἐπί Φυσικῆς ἡμέρας, ἀπὸ μεσημβρίας*, Jo. Lydo qui Justiniani Imp. tempore vixit, quod Umbri Italiæ populis proprium adsignabat. Utrum verò solaris hic añus ab æquinoctio incipiens, an potius lunaris, an diverso respectu solaris pariter & lunaris dicendus? pluribus disquisivit Olugbegus ipse, Timuri seu Tamerlanis nepos cap. I. Cui adjunguntur illa omnia, quæ de Canone Paschali jam olim controversa à Victore, aut Victorio, aut Victorino, sive Aquitanico, sive Capuano, sive Romano, qui alter alterum excrispsit, & emendavit, succedente in eandem operam Dionysio Exiguo vocato, & Eutychio Patriarcha Alexandrino, ipso quoque Medicorum omnium nobilissimo, aliisque proposita fuerunt. Nam & iste Canon ad æquinoctium vernum accommodandus erat, quia tùm Pascha instituendum, cùm Luna Soli opposita est, quod miram temporum inæqualitatem efficere solet, si Julianam & Gregorianam epochen inter se quis contenderit. Sed & Tekuphæ Rabbiniçæ *תקופה* in primis R. Samuelis, & R. Adda non aliud sunt, quam epochæ æquinoctiorum & solstitiorum Sosigenis secundum periodum Julianam. Tecupha autem non aliud quam anni conversio, *ᾠρον, κέντρον, ἰσοπῆ*. Macedonum enim consuetudine IV. anni *κέντρα*: quibus Tecuphot respondent, & quarum rationem ad æquinoctia & solstitia exigendam ex Hebræorum mente videre poteris in Eruvin Talmudis fol. 56. col. 1. *ἀρχή*, etiam ducatus, *ἡγεμονία* apud Virgilium & Suetonium Jos. Scaligeri sententia Comm. in Manilij Sphæram Barbaricam p. 434. Tekupha Nisan igitur

tur est æquinoctium vernum mensis Martij. De cætero Tekuphæ illæ omnes plurimis deliriis impiorum & ineptorum hominum refertas, jam olim commonuit Sebast. Münsterus in Calend. suo Hebr. & ad illius mentem Cl. V. Guil. Henricus Vorstius animadvers. in Chronic. Davidis Ganzij, & Ægidius Strauchius Dissertat. de computo Judaico annum R. Samuelis Tropicum ostendit eundem qui Sosigenis dierum 365. horarum 6. R. Adda autem dierum 365. hor. 5. scrup. 997. & 49. momentorum, nisi hoc quoque numero non ritè à typographo expresso vitium haut leve insit quod scrupula 997. attinet. Nam si 60. scrup. sive minut. prima numeraveris pro hora j. 997. facient horas 16. scrup. 37. quibus additis 49. erunt min. secunda 77. prima 37. horæ 2 1. d. 365. quod obiter monere visum, quamvis cuivis satis pateat. Et epocha quoque Tyriorum, quam à colonia deducta inchoabant, cùm jus Italicum ob fidem populo Rom.º præstitam à Severo Imperatore accepissent, annum solarem pariter receperat, sed qui dierum tantùm esset 364. quod ex libello queruloso Ibæ, Episcopi Edesseni in actis Concilij Chalcedonensis, & Diatriba singulari de morte Valentiniani Junioris pluribus deducit Josephus Scaliger III. de emend. tempor. apud Q. Curtium autem lib. III. 7. 52. Magi proximi carmen canebant. Hos 365. juvenes sequebantur puniceis amiculis velati, diebus totius anni pares numero. Addebat Scaliger: *Quemadmodum Ægyptij annum suum canicularum vocabant, qui ex 4. annis simplicibus & nostro die adventicio constabat: Ita etiam Persæ veteres suum quadriennium Neuruz vocabant.*

نوروز *autem illis est initium vernum i. e. novus dies, quasi dicas venævergia.* & lib. II X. quæ de Indorum annis pleni spatij, sed mensibus brevioribus, qui spatium dirigant ad lunæ cornua, quod animadversione dignum putabat, non quinis, aut rectius quinis





Handwritten title or header at the top of the page, possibly including a date or location.



Handwritten text at the bottom of the page, possibly a signature or a note.



quinis denis diebus, sed tricenis, & undetricenis alternatim constare adfirmans, quod etiam Indis & Sinis hodiernis usitatum, olim ad illum perscripserat Ignatius Patriarcha Antiochenus: annum scilicet illos ad lunæ cursum exigere, id est, ad neomenias, non plenilunia, aut lunas corniculatas, ut ipse loquebatur in literis Arabicis: من روية الهلال ء quamvis profectò idem sit, & argutatione ista, nil quidquam importante, Scaliger abstinere poterat. هلال ء enim non tantum primum, sed etiam postremum lunæ lumen denotat, i. e. neomeniam pariter & plenilunium, omnemque omninò phasin, quæ demùm cum caret Luna قمر ء vocatur. Apud Morenabbium latissimo significatu nullaque phaseos ullius consideratione legas:

ولا التائيت لاسم الشمس عيب ء

ولا التذكير فخر للهلال ء

i. e. *Nec nomen femininum Soli dedecus,  
Nec masculinum Luna gloria.*

Ap. Grammaticos Arabas enim Sol feminini generis, Luna masculini est: quod de Neomenia sola dici non potest. Quin etiam de Sinensibus res nondum constat, ut sanè cum Lucio Barreto in Prolegomenis ad historiam cœlestem Augustissimorum Cæsarium Rudolphi II. Ferdinandi II. & III. & Leopoldi I. voluntate, rara supremæ Majestatis cum literis mixtura, sed ab Augusto Cæs. Augustis digna, Augustæ apud nos editam, optare liceat, cum spes supersit, post Schiccardi & Braheï labores, quondam etiam Rever. PP. Soc. Jesu Observationes suas peregrinas, quas Græcij in Styria, Vindobonæ, Colonia, Oeniponti,

ponti, Fribürgi, Ingolstadij, aliisque locis peregerunt, Gedani autem Hevelium, Herkerum, in Anglia Societatem Regiam, & in Italia post Galilæum, Scheinerum, Fontanum & Eustachium, Academias, Medicæam Florentiæ, Romanas, Neapolitanas, aliasque, in Galliis denique post Gassendum, Bullialdum, & Auzotum, alios plurimos nondum nobis omnes cognitos sua in publicum prolaturus ut Batavi quoque, Cimbris proximi, partam in Dania à Brahæo gloriam prosequantur, & merces illas convehant, quas post Jacobi Golij tempora plures illorum navibus ex Oriente in Europam transmiserunt, atque hoc pacto de studio Astronomico, totaque posteritate optime mereantur, atque in Sinis ipsis P. Adamus Schallus (quem Batavi primùm imperitius Scaligerum vocabant, Scaligero certè utroque majorem, quippe vastissimi Regni Sinici primatem) observationes suas tot annorum Reipublicæ literariæ non invideret, sed posterorum desideriis tanquam provocatione æquissimâ inductus communicare non gravaretur. Kircherus certè in Chin. illustrat. c. IX. cùm libros Astronomicos olim à Rege Cin Hoam exustos, quosdam tamen servatos, & deinde repertos narrasset, scientiæ tam præclaræ correctionem tentatam addebat à Coscucino, Sinensi Astronomo, sed demum nostris temporibus ex MS.º Regiæ Bibliothecæ Persico absolutam testabatur à PP. Soc. suæ Sabbatino de Ursis, Jacobo Pantoja, Jacobo à Rho Mediolanensi, & P. Schallo: sed hucusque, nihil istorum in lucem prodiit, omnibus sanè, qui siderali scientiâ delectantur, quam maximè experenda: quemadmodum & Calendarium Sinicum ejusdem P. Adami Schalli à Zell Coloniensis, & regni Sinico-Tatarici Mandarinum primi operâ emendatum quod ipsum quoque, quia haut dubiè perpetuum est, nondum Europæ visum, ut aliquando producat, exoptandum censemus. Eò magis ante PP. Societ. Jesu adventum



Imp. Sinici sæpius id frustra corrigere & reformare conati fuerint, quod ex Trigautij epistolis commemorat etiam Andr. Müllerus hebdom. Sin. Observat. I. sive epit. histor. Sin. p. 5. à Cubla Imp. opera Coxeukimi anno cIo cc LXXXI. amplius vice septima corrigi cœpisse, año autem 2357. Yai Imp.º jussu Calendarium reformatum narrat per duos Mathematicos Hy, & Ho, dictos ex Martini histor. Sin. ut puto, quam à Rever. P. Intorcetta aut alio illarum regionum rerumque perito continuari haut levis operæ pretium, & gloriæ non minoris censere fas est, ceu etiam totius Societatis nomine promiserunt, qui primam partem ejusdem Monachij produxerunt. Multa enim his lux Ulugbego quoque adfulgere possent, ut quæ de Epocha Chataja & Igurensi sive Turcestanica c. VI. differabat, rectius intelligi queant : quamvis ut verum fateamur, utrum per Chatajam Sinensem innuere voluerit, nec dum satis planum appareat, quia Ebn Aarabscha in hist. sua, Timurum, Gingschanismi fauorem Linguam Chatajorum Delberghin dictam XLI. elementis tantum constare adfirmabat, quod Sinensi non convenit, de Tatarica verius fortasse dici posset, quæ sua est omnino, etsi Sinensem hodiè subjugârit, non tamen extinxerit, sed conservâvit, partemque cum illa commiscuerit. Hanc tamen Jo. Neuhofius in Itin. Sin. Legatorum Bataavorum Persicæ vicinam & Sinensi faciliorem, literis non figuris, ultrâ LX. utentem commemorat, nostrâ pronunciatione, Scripturâ ferè Arabicâ, sed à summis ad ima & à dextra in sinistram ductâ. His autem anni initium Novilunio ante vel post IX. Aprilis adscribit Neuhofius Itiner. p. 275. quod ferè circa Solis ingressum in taurum contingit cui iccirco conferri posset, quæ paullò infra de signo Veneris fœcundante ex Porphyrij antro Nympharum differemus, quod arieti & Mithræ suo Ægyptij jungebant. Sed & tabulæ motum Sinenses ad

editionem doctis expetendæ, quarum gustum tantum aliquem dederunt Nasiroddinus & Ulugbegus. Quo pertinet etiam Algorithmus Astronomicus ad calculum Sinicum accommodatus: unâ cum Mechanica à PP. modò laudatis conscripta de instrumentis Astronomicis ibidem commemorata. Inprimis autem Votis nostris responderit Nic. Trigautij historia Sinensis è CXX. voluminibus concinnata, opus quo Calendarium Christianum Sinico accommodatur, & C. opuscula alia Astronomica à Jacobo Rho cum prælaudato P. Schallo conscripta. Non dubitamus autem Calendaria anniversaria illorum haberi apud Batavos & Anglos, à quibus vel solius novitatis causa Europæ ostendi, jucundum esset. Certè etiam annus Ecclesiasticus Israëlitarum à mense Abib. אביב qui Chaldæis ܐܝܘܢܝܢ incipiebat ipsius DEI mandato Exod. XII, v. 1. & 2. qui à medio ferè Martij nostri, i. e. circa ipsum æquinoctium vernalis incipit & medio Aprili terminatur. Et hoc tempore quo terra germinare solet. R. Josue mundum conditum statuebat, ut è contrario R. Eliezer cum adseclis suis Septembri creatum putabat, quia Deuteron. XXXII. *DEI opera omnia perfecta sunt*: quibus iccirco evolvendis, quæ doctissimus Polus in Criticorum Synopsi Anglica disseruit, haut parum inservient, si cui inspicere vacârît. At Scaliger I. supra cit. consentire putabat, quæ nos de anno solari Persarum diximus, cum more illo ab Alexandri Magni tempore derivato in Curtij historia lib. III. c. 7. & lib. V. cap. 28. ubi solares pariter adfirmabat & lunares, qui nostris annis XI. diebus breviores sint, quia secundum Synodos XII. lunæ eos metiri soleant. Hæbes verò de Canone Paschali etiam tabulas Syriacas literis Arabicis secundum Concilium I. Nicenum, & Gregorianam emendationem ac computationem antiquam Orientalium editas à Michaële Hefronita Abbate S. Georgij in monte Libano Romæ cIo Ioc XXXVII.



excusas : quibuscum conferri possunt etiam alia, quæ de Gregoriano isto Ugolinus Martellus in clavi sua, & Jacobus Clavius Soc. Jes. vir planè incomparabilis in Apologia, & Benedictus Mathematicus perquam eximius Serenissimi Sabaudia Ducis, aliiq̃ue, non exiguo numero, disseruerunt : inprimis illi, qui Cælestia perpetua scripserunt, quibus cycli varij & tabulæ ad æquinoctiorum puncta investiganda, inserti. Eminent inter ista Romanum illud, quod Constantini Magni temporibus confectum anno Christi CCCXXV. Cl. Salmasius adducit, diatrib. de ann. Climaëticis p. 815. & 816. qua multa etiam alia antiqua superesse testatur. Nec dispar Ruthenicum, quod ex Græco conversum Anton. Possevinus laudat tom. III. append. apparat. Sacri. p. 173. Cur verò puncta æquinoctij non adligentur iisdem stellis videbis apud Victorin. Strigelium epitom. doctrin. de prim. mobil. & cur anticipent æquinoctia? p. 49. Videbis etiam in tabulis observationum vicennialium Braheï, Hassiacarum, & Vuirtembergicarum, Serenissimi Principis Guilelmi, & doctissimi Schiccardi, supra laudatis, seu potius Cæsareis, æquinoctium vernum interdum conjunctum cum Leonis coxa, cum Aldebora Arabibus dicta, interdum cum lucida pedis Leonis, & suprema capitis ejusdem, cum lucida in Siliquastro Cassiopeæ, cum lucida in collo hydræ, cervicis leonis, & cordis ejusdem, cum lucida in femore ophiuchi, genu Cephei, cum lucida Erichthonij, aliisque. Cum Arcturi etiam ortu vespertino, aliisque adspectibus fixarum, quos omnes enumerare nil attinet. In Sphæra enim recta cum  $\gamma$ . oriuntur gradus æquatoris 27. 54. In obliqua ad altitudinem poli gr. 51. cum eodem oriuntur æquatoris partes 13. 21. quibus si tantum demas, quantum opus fuerit ad altitudinem poli nostri gr. 48½. aut sic deinceps aliis, vel addas, vel detrahas, ipse, quæ sidera tum temporis oriri soleant, nullo negotio observa-

bis. Cætera in prægrandi opere Astronomico Jo. Bapt. Riccioli enodata invenies, & reliquis, qui Institutiones sideralis scientiæ scripsère. Nec enim quisquam est, qui puncta æquinoctiorum exquirendi & intercalandi rationem non doceat, ad quos iccirco lectorem remittere satius judicavimus. Æquinoctium utrumque in tabula sua Geographico-horologa universali c. III. artic. I. problem. XII. investigandum percommodum docet Adamus Aigenlerus, sive qui sub ejus scuto defendit Jo. Henricus Menradus Vorvvaltnerus: complimentum latitudinis illius idem ostendens cum æquatoris altitudine, quam cum attigerit Sol sit in æquatore, ideoque dies spargat noctibus æquales in orbe universo. Aliam tamen methodum sequuntur, qui Philolaicam Astronomiam profitentur, quam Ismaël Bullialdus nostro sæculo reduxit & restituit, & Robertvallius in Aristarchi Samij Systemate delineavit, sive Copernicanas hypothesas, quas contra Fromundum Philippus Lausbergius in Uranometricis suis tuetur. Sed cui tamen, ut verum fateamur, Fromundus solidissimè respondit Ant Aristarcho suo sive libro de orbe terræ immobili, decretum Congregationis Cardinalium Romæ c. Io c. XVI. adversus Pythagorico Copernicanos promulgatum haut ineptè defendens, atque inter alia plura perdoctè reposita c. XX. ostendens, præcessionem æquinoctiorum ab inclinatione axis telluris minimè approbandam. Leviculam enim librationem à septentrione in meridiem, quæ æquinoctiorum anticipationem inducit, non magis gravem sideribus accidere regerebat, ut tardissimo motu eclipticæ ac æquatoris intersectiones mutent, quam quod quotidie ab ortu ad occasum circa terram revolvantur. Nec opus esse superaddebat nonam propterea, aut decimam, aut undecimam quoque Sphæram mobilem, astris vacuum, Stellis fixis superstruere, cum unica illa astrifera, quam non mente



concipimus, sed quotidie videmus, prima mobilis sola sufficiat, varios motus recipere apta, aut potius unicum, qui multorum tantum speciem præ se ferat. His certè Jacobus Lansbergius, Medicus cæteroquin doctissimus, ea respondit, pro quibus prudentiores, ut Plautino verbo dicamus, ne ciccum quidem interdunt, qualia etiam sunt pleraque, quæ contra Jo. Bapt. Morinum, & Petrum Bartholinum Danum, nimio, ut videtur, novitatis amore captus, & contentionis studio delectatus, temerè effutivit. Ipse tamen Philippus tract. suo Belgico de terræ cursu annuo & quotidiano p. 23. & 24. ed. Medioburgensis, Guil. Jo. Cæsum tabulas Copernicanas, ad suarum exemplum, quam optimè expressisse aiebat, simulque figuram proponebat ostendentem, quâ ratione telluris motus, circa Solem in medio positum, & eclipticam undique illuminantem in coluro solstitorum ab ariete in cancrum, & à cancro in libram, ab hoc autem in capricornum, & inde iterum in arietem facillimè contingat, quæ ibidem spectari potest, cujus verba suâ lingua ex libello rariori adscribere lubet, quia picturæ non inconvenientia videntur: in dese figure cont ghij sien / hoe dat de Sonne even soo vele in de Ecliptike daghelijks schynte voort te gaen / als den aerdfloot daghelijks in de selve voort gaet. Want als de aerdfloot is in't begin van libra / dan sien die ghene die op den aerdfloot staen / de Sonne in't begin van aries: ende als den aerdfloot gecommen is in't begin van Capricornus / soo sien de ghene die op den aerdboden staen die Sonne in't begin van cancer. Also sien sie oock de Sonne van aries in libra / ende van cancer in Capricornus / nit anders dan of die Sonne deselve teekenen doorliepe. Quæ Latinè sic reddimus. *Ex hac figura videre potestis, Solem in ecliptica quotidie tantundem progredi videri, quantum terra globus quotidie in eadem progreditur. Cum enim terra in libe principio versatur, illi qui stant in terra conspiciunt Solem in principio arietis: Et ubi terra*

*pervene-*

per venerit ad principium Capricorni tunc illi qui in terra sunt, vident Solem in principio cancri. Eodem modo conspiciunt Solem ab ariete in libram, & à cancro in Capricornum non aliter, ac si Sol illa signa percurreret. Quæ tamen omnia licet satis speciosa appareant, non impedirent profectò, quin illi quibus ingenij acumen singulare obtigit, plures ejusmodi, magisque etiam miras systematis mundani, motusque universi idéas novas, hypothefibus superstruere possent in speciem probabiles, sed quæ tamen ex vero nihil haberent. Unde Leo Allatius lib. de mensura temporum c. XIII. de Hipparcho & Philolao agens ex Censorino: Propter motum inaequalem, agebat, & moras cursusque Stellarum & Planetarum imperceptibiles, tempus, quo Sol circulum suum peragit, quot dierum esset, ad certum astrologi antiqui reperire non potuerunt. Nosteris autem temporibus plurimæ anomalie observatae sunt, & cursus absolutus die 365. horarum 49. compertus est, qui ad amissum est annus Solaris Naturalis, qui & vertens & Solstitialis dicitur, veteres enim varie numerabant, Philolaus, Aphrodius, Calippus, Aristarchus Samius, Meton, Harpalus, Oenopides, Ennius, amplexi, quod vero proximum putabant, id est, dies 365. Credo Ægyptios sequuti apud Herodotum in Euterpe, qui pariter XII. menses numerabant, tricenorum dierum, quot annis additis quinque aliis, ut 365. prodirent. Αἰγύπτιοι δὲ ἰσημερινῶν ἡμερῶν ἀγόντες αὐτῶν ἰσὺς δωδέκα μῆνας. ἐπάγχουσι ἀνὰ πᾶν ἔτος πέντε ἡμέρας. Quo pertinet etiam ænigma Pamphilæ quod ex illius Commentariis deperditis in Cleobulo Diogenes Laërtius recenset de XII. filiis unius patris, & XXX. ex illis neptibus, quarum duplex species sit facie candida & atra conspicua:

— — — — — διάνδιχα εἶδος ἔχουσα  
 αἱ μὲν λευκαὶ ἕασιν εἰδεῖν, αἱ δ' αὖτε μέλαιναί·  
 ἀθανάτοιοι δὲ ἴε. ἔσαι ἀποφθινόθοιοι ἀπασαί.

*Ha niveis tota fuscis sed vultibus illa,*

*Atque immortales cum sint, moriuntur ad unam.*

Patrem



Patrem annum interpretabatur, filios XII. menses & XXX. filias illorum sive neptes, dies mensium. Ubi Casaubonus pro παῖδες ἑτήκοντα legendum monebat κοῦραι ἑτήκοντα, Stobæi lectione confusus, ut sanè Suidam reprehendendi causam non habuerit, qui pariter XXX. scripserat, nam illud δράνδρα non sexaginta necessitate ulla importat, sed singulis duplicem vulgum fuisse innuit, quia dies naturales noctibus junctæ intelligendæ. Non igitur corruptus, sed sanus ille locus est, nec XV. tantum dies mensis spatium absolvere concludi potest, quod totidem nigri tot albis addi debeant, sed XXX. ipsi bicolores sunt singuli. Meton & Euctæmon apud Vitruvium IX. 7. legendum monebat Vossius, pro Almæone & Eudæmone & Memnone apud Simplicium de Cælo in lib. II. Com. quemadmodum & in versione Arabica legendum وقتيمون ومطون non اقسيمون Ephtimon quod in Abulfaragij editione sua perelegante Cl. Pocokius quoque indicavit. p. 57. quamvis si Africanus Cod. MS. fuerit nihil referat, ق enim Afris idem, quod ق Orientalibus. Obscura præterea videtur loquutio doctissimi viri Ger. Jo. Vossij qui cum lib. de disciplinis Mathematic. c. XXXIX. §. 8. computum à computatione distinguendum opportunè commonuisset: illum ad Sacrorum temporum rationem magis pertinere addebat, hanc verò ab Astrologia quædam accipere: ut: *redire Solem ad eundem locum post 365. dies, & minus quarta diei parte: Nec enim sic accipienda: ac si de diebus 365. tres partes unius decedere putàrit, sed quartam diei partem qua 365. diebus accedit, non plenam sed aliquantillum quarta parte majorem esse.* Cursum enim Solis cum sit æqualis, inæqualem tamen nobis videri, cum majus sit intervallum ab æquinoctio verno ad auctumnale, quam contra, ejusque rei causam esse,

quod Solem conspiciamus è centro alieno. Verus autem annus solaris est dierum 365. horarum 5. minut. prim. 49. & secund. 44. adeoque non plenè sex horarum, quod tamen quia valdè exiguum, à plerisque vix ullam considerationem mereri visum est: cùm tamen anomalia ista intra VI. duntaxat annos errorem pepererit superfluæ horæ unius & aliquot minut. At J. Cæs. anno suo dierum 365. hor. 6. constituit, quare solstitiorum & æquinoctiorum sedes mutatæ sunt, adeoque totius anni ratio alia evasit. Tum enim XXV. Martij æquinoctium incidebat, quod nostro tempore fit X. Martij, quia vera loca anticipamus. Errorem quidem emendare conatus est Gregorius XIII. Pontifex Rom. per Medicum quendam Lilius astronomiæ peritum, qui ideò X. dies omisit, sed reformatio ista, omnibus numeris absoluta non est, quod plures quam X. dies fuissent eximendi, i. e. ferè XIV. Non est dubium laudem hanc Jo. Regiomontano potius, quam nescio cui Lilio deberi, quod primus errorem Juliani anni detexerit, quæ causa dubio procul exstitit, ut ab æmulis veneno petitus fuerit, quod exteriorum quorundam moribus apud alienæ gloriæ impatientiores non usque adè insolens aut inauditum. Detexit tamen tantum, non correxit: & propter anomaliam motus solaris vix speranda censetur perfectissima anni demonstratio: quin si tam diu mundus iste deinceps persisteret, ac duravit, idem tandem error recursurus fuerit. Hinc autem pugna illæ & controversiæ in novas Gregorij Calendas, quas doctiores non personæ odio, aut Sacri imperij detrectatione, sed argumentis ab Natura ipsa, & calculo Astronomico desumenda, modestius existimabant. Sanè & noviluniorum retrocessiones integro die per 300. annos, & à Jul. Cæs. temporibus V. jam diebus amplius fecerunt, ut nec præcisè intra XIX. annos ad sua puncta pristina nunc revertantur, qui Cyclos Lunaribus, & aureis



aureus numerus vocatur, quem ideo verè Georgius Henischius Poliatrus quondam Augustanus Mathematicum studio præcellentissimus, & Gymnasij Doctor optimè meritus, Plumbeum potius dicendum judicabat, cum singulis cyclis novilunia, i. e. singulis XIX. annis horâ j. & minut. 30. anticipent. Figuram subjecimus, tam cycli Solaris quam Lunarisi sive aurei numeri, ex qua simul festa præcipua, & literæ Dominicales, & Epactæ ac Indictiones investigari possunt, & bissextilis nostrâ consuetudine facillè inquiritur, ut cum auctoris nostri tabulis conferri queat. Nam & istis **سال کدای** est periodus Solaris XXIIIX. annorum, Lunarisi autem **سال مهی** XIX. annorum. Cum hoc verò conferre poteris, quæ Mich. Mæstlinus differuit ex altero Calendarij Gregoriani, tum novi, p. 4. & seqq. ubi intentionem Pontificis fuisse refert æquinoctium vernum ad XXI. Martij reducere, à quo tempore Concilij Niceni continua anticipatione pervenerat ad XI. ejusdem nostro tempore, ita ut exemptis X. diebus perpetuo fixum hæreret sine ulla anticipatione, ideoque singulis 400. annis tres dies intercalares exterminatos, tabularum Prutenicarum ductu, nec enim alias præter has & Alphonsinas, aut ex istis concinnatas adhiberi potuisse, quod nec alias recentiores Gregorianus Calendographus nominârit, comuni omnium querela, quod Calculus earundem exactè non congruat cum Cœlo ipso: quod etiam de Bergensibus dictis Jo. Stadij accipiendum, & theoreticis Anton. Magini novis secundum Copernici observationes exstructis, cum Prutenicis congruentibus, quas eodem ferè tempore Gregorio XIII. Pontifici inscripsit: & cujus etiam confutatio habetur diatribæ adversus Joseph. Scaligerum de æquinoctiorum præcessione, quæ hodiè vix haberi potest. Verba Suetonij clarissima in Jul.

Cæs. c. XXXI. *Annum ad cursum Solis accommodavit, ut 365. dierum esset, & intercalario mense sublato, unus dies quarto quoque anno intercalaretur. Quò magis autem in posterum Calendis Januariis nobis temporum ratio congrueret, inter Novembrem & Decembrem mensem interjecit duos alios, fuitq; is annus, quo hac constituebantur XV. mensura cum intercalario, qui ex consuetudine in eum annum inciderat. In hoc autem Augustus Cæs. nihil singulare præstitit apud eund. c. XL. ut enim à D. Julio ordinatus erat, postea negligentia, conturbatum atque confusum, tantum ad pristinam rationem redegit, postquam Pontificatum suscepisset. Apud Allatium autem manifestum typographi Colonienfis erratum est, cursum totius anni absolvi diebus 365. & horis 49. quod obiter animadvertere placuit, ne quis virum doctissimum nostriq;que amantissimum, post fata calumniandi ansam capiat. Nam 49. horæ faciunt dies Naturales 2. integros & horam j. Hi autem reliquis juncti darent dies 367. horam j. quod quam absònum sit, omnes vident. Scribendum igitur erat in Allatij opere diebus 365. cum quadrante sive horis 6. qualis olim quoque apud Ægyptios annus cynicus erat, cujus figura in hieroglyphicis expressa Hermetem referebat Canina facie, Crocodilo insistentem cum Sphæra in manu, uti videri potest in Theatro Hieroglyph. Athan. Kircheri imprimis in Obelisco Pamphilio, & Barberiniano, qui olim Circensis Aureliani Imper. à Curtio Saccoccia ex Villa Verana Eminentissimo Card. Francisco venditus, in quo Sothin sive ἀσροκύνουα Horapollini dictum lib. I. c. III. sive annum Ægyptium, Isidis nomine celebrem, & cognominem Sothis Rex Menuphtæ Filius, Arabibus Oomarus dictus, eleganter expressit: disertè enim Horapollo lib. I. cap. III. ab exortu caniculæ initio ducto observari ajebat, quid toto anno peragendum sit: διοπερ ἐκ ἀλόγως τὸν ἐνιαυτὸν Ἰσιν λέγειν, i. e. Ideoq; non absurde annum Isidis dictum. Qui cùm 365. dierum sit,*



fit, quartam etiam partem, id est, horas sex adjectam. continē-  
 bat apud eundem lib. I. c. V. à qua principium anni iccirco ca-  
 piebatur: ἔτος δὲ ἐνιστάμενον γράφοντες ἑτάριον ἀξέξεν γρά-  
 φουσι: *Instantem annum significantes, arvi partem quartam pingebant.*  
 Ægyptiis hic annus: Ἰσομπί σῶτ: quod mense Thoth Sothis,  
 id est, canis astrum oriatur: Ἴσις, ἀστὴρ ἀστρούων, σῶθις. Phi-  
 lippo Horapollinis interpreti I. c. Idem quod ἐνιάυσιος χρόνος,  
 eidem. Περιλλόμενος ἢ περιπλόμενος ἐνιαυτός Homeri, annus  
 vertens, quo Sol nimirum XII. signa percurrit: quem Censo-  
 rinus de die Natali c. VI. & VII. etiam Jani simulacro expres-  
 sum commemorat, dextra τ'. i. e. 300. sinistra autem ξέ. id est,  
 65. præferentis apud Suidam in γεννήσι. A canis autem exor-  
 tu ad alterum exortum sequentis anni quarta diei pars interje-  
 cta est, unde embolismus Hierophantis Sacer, Alexandri Ma-  
 gni munificentia comparatus ad Græcos transit, ex 4. qua-  
 drantibus, cuius meminit Eudoxus apud Strabonem. De quo  
 etiam Aali Ebn Rajelus in Tarich suo:

ثالثة ميلة وستين وخمسة يوما وست ساعات لاسوي  
 i. e. *Annus trecentos sexaginta quinq, dies habet & sex horas simpliciter.*  
 Sic enim reddidi, quia horarum numerum Kircherus præter-  
 vidit nec in versione sua expressit. Unde & apud Theonem  
 in Canon. Græc. legendum censeo: *Initio sequentis anni incipiunt*  
*Ægyptij (reliqui, alia scilicet ratione ac Alexandrini) quadrantem diei*  
*anticipare*: quod apud eundem Kircherum omnillum cernitur  
 in Oedip. Ægypt. tom. II. part. II. sect. IV. de Astrolog. c. I.  
 quo annus civilis vagus, & fixus enarratur: 365. dierum, ex  
 XII. mensibus Ἰερακονθήμεροις constans, adjectis scilicet quin-  
 aliis ad tricenos, quod Thebanis sigillatim adscribit Alex. ab  
 Alexandro III. genial. dier. cap. XXIV. ut vertentem annum  
 plenum redderent, rhapsodus quidem, sed non indiligens, nec

vituperandus, si modo auctores suos quibus usus est, ingenue nominasset. Horarum tamen non meminit, neque quadrantis istius observationem ad annum suum Heliacum Censorinus necessariam existimavit, sive quod consilio parum laudabili parvi fecerit, sive quod tùm temporis Romanis non fuerit in usu, etsi anni dimensionem omnem ab Ægyptiis acceperint, ad lustri Sothiaci exemplum, ní prius, at certè à Julij Cæsaris ætate, & Sosigenis emendatione, exactum, quamvis initium añi non ut Ægyptij à Neomenia, sive Sothios exortu in Cancro, sed ab aquario fecerint, gradibus extremis capricorni mense Januario, quod hodieque apud nos fieri solet, de quibus cùm ex antiquitate etiam ulteriori accuratissimè egerit Jo. Frider. Gronovius, Musarum ocellus, lib. II. Observat. c. XII. multis Livij, Macrobij, Solini, locis emendatis, & contra Scaligerum Petitem, Panvinium, Sigonium, Cujacium, aliosque adsertis, pluribus heic repetere non vacat. Dies 365. cum quadrante simpliciter **ربع سوا** interpretatus est Kircherus in MS. Astron. Abrahami Ecchellenfis, pro quo nos mallems: *quadrante aequali sive aqualiter*: Id enim **سوي** significat, non simpliciter, i. e. *quadrante reliquis tribus pari*. Ab hoc igitur die intercalari, sive quadrante initium anni Ægyptiis ducebatur, quod **τρεῖς τε ἡμεραι** vocabant, & Persica voce **نوروز** Ebn-Cabarus exponit ut supra dicebamus: ab hoc etiam annum Evangelistarum Coptitæ & Abissini speciatim denominabant: **כרמת ונגלרון** (sic enim Hebr. literis transcripti voces Æthiopicas, quas in opere Kircheri Romæ typographus adeò depravavit, ut ne legi quidem possint) Nam annum gratiæ **כרמת מזגון** (& has quoque in Oedipo Ægypt. Romæ edito mirè distortas correxì) i. e. 365. dierum numero quaternario tam



Signa XII. Zodiaci in marmore antiquo Romæ, quo Deorum concilium sculptum, in hortis Coelimonantis.

V. 8. II. ☉. ♈. ♉. ♊. ♋. ♌. ♍. ♎. ♏. ♐. ♑. ♒.

Menses anni XII. Iemanensium sive Felicis incolarum, ex Saarabo EbnCachtano apud Niveirium in Bibliotheca Literaturæ Arabicæ MS.

التمز، م ناخر، م خوان، ع صوان، ه رقا، ٩ ايدوة،  
 صم، ا عاذل، ٩ ناظر، ١. واعل، ١١ ورنه، ١٢ بركي،

Menses a. Aegyptij, Persicè, et Græcè exprimuntur

Copticè.	Persicè.	Latinè.	Græcè.
ⲁⲩⲧⲧ:	توت	Junius.	εἰκατομβάων.
ⲕⲁⲩⲃⲓ:	ناوزه	Julius.	μυταγυρνών.
ⲁⲩⲁⲣ:	اتوز، هتور	Augustus.	βουδρονών.
ⲭⲱⲛⲁⲕ:	كيسري	September.	μαρμακτρών.
Ⲑⲱⲃⲓ:	طوزه	October.	τανεψών.
ⲙⲉⲭⲉ:	مهر، امشور	November.	ἀνδεργών.
Ⲑⲁⲣⲙⲏⲱⲃ:	برمهات	December.	τοβιδών.
Ⲑⲁⲣⲙⲏⲱⲃⲓ:	برمود	Januarius.	ⲧⲁⲣⲙⲏⲱⲃ.
Ⲑⲁⲣⲧⲱⲛⲧ:	بشنشور	Februarius.	ελασιβοχών.
Ⲑⲁⲩⲱⲛⲓ:	مورونه	Martius.	μϛβιχών.
ⲉⲡⲓⲡ:	ابيب	Aprilis.	ⲁⲣⲧⲱⲛⲧ.
ⲙⲉⲃⲱⲣⲧ:	مشرقي	Majus.	βκⲙⲏⲱⲃ.

Handwritten text at the top of the page, possibly a title or header.

Main body of handwritten text, appearing to be a list or series of entries.

Handwritten text at the bottom of the page, possibly a signature or footer.



Menses Syriaci.

September.	Ա Եւլու	Martius.	Ա Դար
October.	Լ Զոյն Յոսէ	Aprilis.	Բ Նիկար
November.	Ա Զոյն	Majus.	Գ Իար
December.	Ծ Զոյն Յոսէ	Junius.	Դ Զոյն Զրան
Januarius.	Ծ Զոյն	Julius.	Ե Զոյն Զոյն
Februarius.	Ծ Զոյն Յոսէ	Augustus.	Զ Զոյն Զոյն


XII. Signa. Zodiaci, et XII. Menses Armeniorum.

♈	Կ Զիւն	♄	Զ Զոյն
♉	Կ Զիւն	♅	Զ Զոյն
♊	Կ Զիւն	♆	Զ Զոյն
♋	Կ Զիւն	♇	Զ Զոյն
♌	Կ Զիւն	♈	Զ Զոյն
♍	Կ Զիւն	♉	Զ Զոյն
♎	Կ Զիւն	♊	Զ Զոյն
♏	Կ Զիւն	♋	Զ Զոյն
♐	Կ Զիւն	♌	Զ Զոյն
♑	Կ Զիւն	♍	Զ Զոյն
♒	Կ Զիւն	♎	Զ Զոյն
♓	Կ Զիւն	♏	Զ Զոյն

- |                |                  |               |             |
|----------------|------------------|---------------|-------------|
| 1. September.  | սեպտեմբերեան Կ Կ | 7. Martius.   | ապրէլ       |
| 2. October.    | հոգտեմբերեան Կ Կ | 8. Aprilis.   | ապրէլ Ե Կ   |
| 3. November.   | նոյեմբերեան Կ Կ  | 9. Majus.     | մայիս Ե Կ   |
| 4. December.   | քսմբերեան Կ Կ    | 10. Junius.   | յունիս Ե Կ  |
| 5. Januarius.  | յանուարեան Կ Կ   | 11. Julius.   | յուլիս Ե Կ  |
| 6. Februarius. | փետրվարեան Կ Կ   | 12. Augustus. | օգոստոս Ե Կ |

Menses Georgianorum Iberici.

- |              |             |                         |             |
|--------------|-------------|-------------------------|-------------|
| 1 Դեկտեմբեր  | Կ Զոյն Զոյն | 7 Կիրիլ Զոյն Զոյն       | Կ Զոյն Զոյն |
| 2 Եփրուար    | Կ Զոյն Զոյն | 8 Թորոմոմ Զոյն Զոյն     | Կ Զոյն Զոյն |
| 3 Թորոմոմ    | Կ Զոյն Զոյն | 9 Կոնստանտին Զոյն Զոյն  | Կ Զոյն Զոյն |
| 4 Կիրիլ      | Կ Զոյն Զոյն | 10 Կոնստանտին Զոյն Զոյն | Կ Զոյն Զոյն |
| 5 Կոնստանտին | Կ Զոյն Զոյն | 11 Կոնստանտին Զոյն Զոյն | Կ Զոյն Զոյն |
| 6 Կոնստանտին | Կ Զոյն Զոյն | 12 Կոնստանտին Զոյն Զոյն | Կ Զոյն Զոյն |





eam diu dividentes, donec simplicior tantum restet, si 1. fuerit eum S. Matthæo adscribunt, si 2. S. Marco, si 3. S. Lucæ, & denique si 4. S. Joanni adsignare consueverunt. Syris in Calendario Antiocheno eodem die decollatio S. Joannis Baptistæ, & obitus Adami patris nostri, & initium anni Ægyptiaci, ut nos ex Syriaca editione olim Arabicis, & nunc Hebraicis literis transcripsimus:

יומא דמשה דיוכין מהמדיל ודמות אבן

אדם וריש שיהא דאככהיא:

Porphyrius de antro Nympharum quem Lucæ Holstenio debemus p. 123. ed. Rom. Ægyptios annum à cancro inchoâsse refert, quod propè illum Sothis stella sit: Προς γὰρ τῷ κερκίνῳ ἢ σῶθις, ἦν κωδὸς ἀγέρᾳ Ἕλληνας φασί. Novilunium autem, ipsis exortus Sothis, quod generationis principium in mundo sit: ἢ σῶθσεως ἀναβολὴ γενέσεως κατ'ἀρχαῖα τῆς εἰς τὸν κόσμον: addens: οὗτ' ἐν ἀναβολῇ καὶ δύσει τὰς Σύδας ἀνέστηκαν, ἕτε τῶς ἰσημερίας, οἷον κριῶ καὶ ζύγω, ἀλλὰ νότῳ καὶ βορρᾷ καὶ τῶς κατὰ νότιώταταις πύλαις, καὶ τῶς κατὰ βορρᾷ βορειόταταις. Holstenij versione: *Quapropter non Orienti est occasus nec equinoctiis portas attribuerunt, arietis est libra, sed austro est borea, portisq; versus austrum maximè australibus, est versus boream maximè borealibus. Quæ autem de nymphis aquaticis & antro illarum adjecit obscura videntur. Mox tamen addit: τῷ μὲν ἐν μίθρῳ οἰκίαν κατέδραν τῶ κατὰ τὰς ἰσημερίας ἐπέταξαν, διὸ κριῶ μὲν φέρει ἀριεὺς ζωδιὸς τὴν μάχρῳαν. id est, Mithra peculiarem sedem juxta equinoctia attribuerunt, idè arietis, Martij signi, gladium gestat: (Quis tamen iste arietis gladius sit ex vett. monumentis si nos Holstenius docuisset, ingentem gratiam promeritus fuerit.) ἐποχεῖται δὲ τῶς ἀφροδίτης ὡς καὶ ὁ τῶς δημεργὸς ἂν ὁ μίθρας καὶ γενέσεως δεσποτῆς. καὶ τὸν ἰσημερινὸν δὲ τῶς κύκλον.*

κὺκλον. i. e. *vebitur autem tauro, signo Veneris: Nam Mitbra aequè ut taurus auctor productorq; rerum est, & generationis Dominus, positus autem est juxta æquinoctialem circumum.* Quod tamen Aben Nephium in Hieroglyph. ipsi arieti tribuisse jam supra monui, calorem mundanum & omnia vegetantem dictum i. e. cœlestem. Mundum enim in versione Aristotelis Appulejus *ἑρδνιον Ἰόπων* interpretatus est: & *ἑρανόν κόσμον ἀληθινόν* Platonis in Timæo, Ciceroni lib. de Universitate nescio quam benè cœlum, mundum lucentem, pro mundo vero aut sinceriori reddidisse Bonaventura Vulcanius adverte in notis ad cap. I. §. 3. *ἑρδνιον Ἰόπων* locum cœlestem exposuit Guil. Budæus. Aristoteles II. de cœlo. c. VII. de astrorum motionibus & operationibus verba faciens Sphærarum generationes ad calefactionem fieri putabat aëris attritione, *παρεκλειβομένην Ἰᾷ ἀέρος*, solemq; maximè id agere, exaltatione suâ, & quando supra nos positus sit: *ὑπὲρ ὑμᾶς ὄνηος*: quod sanè in ariete fieri supra ex Tograi carmine dictum. Quamvis de aëris attritione dubitare ex ipso Aristotele licuerit, ut qui disertè lib. de mundo. c. II. §. 6. *ἀτρων εἰσὶν αἰθέρα*, vocat, *ἔχως ἕνες διὰ τὸ πορώδη εἶσαν αἰθερα*: non ut quidam putant quod igneus sit. Sed quod Appulejus addit, quod *cursi- bus rapidis semper rotetur.* Nostri sanè sæculi observationibus, ope telescopi, Solis corpus inæquale, & maculis, facibusq; deforme compertum non aliud quam globus igneus doctioribus censetur, de quo Gaspar Schottus ubertim adnot. in Iter ecstasticum Kircheri prælusionè in Solem. §. I. ubi objectionibus quoque omnibus abunde satisfactum comperies illorum, qui Aristot. addictiores, æthereum calorem ab igneo distinguentes, ad igneam tamen naturam relapsi nondum intellexisse possunt: ut quibus ebullitiones Solis incognitæ, cœlumq; elementum à IV. illis diversum divinum & interitus expertum visum, ut Budæus reddidit: *τοιχεῖον ἕτερον τῶν ἰεωάρων ἀκί- ραίον*



*φαλόν τε ἢ θεῖον.* Auctor sanè de victus ratione p. 344. in Cod. Foelsij, sub Hippocratis nomine: Ignem in corpore suo modo omnia disposuisse aiebat, ad universi imitationem, ἀπομίμησιν τῆ ὄλθ, quæ in Sole quam maximè elucet: triplices circuitus illius definiens, ad humorum cavitates, lunæ facultate, & ad exteriorem superficiem & ambientem consistentiam, siderum vi, medios autem intrò & foras tendentes, calidissimum & validissimum ignem perficere. Πυρὸς περίοδοι τρισσά. πρὸς τὰ κοίλα τῶν ὑγρῶν, πελλύως δυνάμιν. αἰδὲ ἐς τὴν ἔξω περιφορὰν, πρὸς τὸν περιεχόντα πάρον, ἀξρων δυνάμιν. αἰδὲ μέσση ἢ εἴσω ἢ ἔξω περιαινεσθαι, τὸ θερμότατον ἢ ἰσχυρότατον πῦρ. i. e. Solem aut Solis saltem facultate. Quod verò de æquinoctiorum anticipatione supra dicebamus, pererudite exposuit Guilelmus Blævius in Instit. suis Astronom. facillimis & utilissimis, problem. LII. ostendens inde à Metonis Attici tempore præcessionem hanc æquinoctiorum causam esse cur stellæ fixæ videantur mutare suam longitudinem. Singularem quoque industriam suam circa æquinoctiorum doctrinam omnem ostendit Auctor Astronomiæ Turcarabicæ, quam olim Guilielmo Schiccardo dono dedit Matthias Berneggerus, vir nunquam satis laudandus, & alter Ebn Junisus, quem eidem nostræ quondam adolescentiæ præclarissimus moderator, Petrus Meiderlinus, Philosophus & Philologus præstantissimus, LL. Orientalium peritissimus, obtulerat, cujus ipse grato animo commemorat, cum utrique invicem de meteoris pyrosphærico aut potius stella cadente, perquam mirabili c. 10. 10c. XXIII. die XVII. Novembris controversia subnata esset, & disceptatio magis fortasse, quam amicos decebat, seria, quâ altitudinem præcipuè & locum supra aëris supremam regionem in ipso cœlo seu regione planetarum, quam scilicet generationis locum verissimum ex ingenti parallaxium distantia & varietate, quæ Vindobonæ, Stutgardia,

diæ, Noribergæ, Argentorati, & Augustæ Vindelicorum observabatur, evinci posse adfirmabat, cui adsentiebatur etiam Isaacus Habrechtus Medicus & Astronomus in Alsatia præstantissimus dissertatione singulari Argentorati editâ, quâ stellam *μείλιωρον* supra lunam demonstrabat, Aristoteli defectu observationum necessariarum impossibilem quidem visam, sed tamen veram, quod illo inprimis tempore etiamnum inauditum erat, antequam Kircherus, Ricciolus, & cæteri recentiores ipsum etiam cælum, & corpora cœlestia generationi & corruptioni suo modo obnoxia docuissent. Videtur tamen & ante Aristotelem Philosophis quibusdam cælum non incorruptibile, & astrorum generationes ac corruptiones veras creditas fuisse, nec semper fluxus stellarum, *ἐὐσεὶς ἀστέρων*, de meteoris tantum acceptas, sed stellis etiam novis nascentibus & desiccantibus quæ non tam sidera volantia in aëris regione, ex Senecæ sententia I. Nat. quæst. c. I. & III. quam ex effluviis quoque æthereis in ipso æthere coactis productæ sint, nec illas quas Arabes stellarum casus vocant *انقباض كوكب* sive stellas ex alto ruentes aut cadentes, aut præcipitatas, sed potius discurrentes, & quasi abruptas, decisas, disjunctas ab aliis, quarum scilicet effluvia in novas densata aliquandiu progredi soleant dum cursum suum dispereuntes absolverint, & evanuerint, aut postea spectari desierint, quod nuperæ observationes in actis Anglorum denarrârunt, nempe stellam tum novam c10 10 LXXII. in Cassiopea visam, nostro tempore iterum apparuisse: & illam alteram, quam anno c10 100. in constellatione cygni descripsit Jo. Kepplerus, denuò Dantischi observatam à Jo. Hevelio in iisdem actis Soc. Regiæ pag. 307. & 315. Recensetur item pag. 368. Ismaëlis Bullialdi scriptum, continens monita ad astronomos de stella nova in collo Ceti olim visa, & de al-



tera nebulosa in Andromedæ cingulo, quæ forsan ne quidem videri potuisset, nisi tam propinqua à majori & lucidiori illa in Zona ejusdem nonnihil fuisset illuminata. Satis verò constat Cometis non unam formam, nec unam generationis rationem, nec eandem durabilitatem esse. Ille sanè c<sup>lo</sup> I<sup>oc</sup> IV. in calcaneo Ophiuchi minus durabilis adnotatus est ab Abrahamo Rokenbachio, Mathematicum Doctore clarissimo in Academia Francofurtensi ad Viadrum, & ille c<sup>lo</sup> I<sup>oc</sup> VII. primò intentionis cursus, sine quasi stationarius & retrogradus pervenit ad 2. grad. ♄. propè arcturum & ursæ majoris ventrem disparuit, eopse ferè loco, quo erat ille c<sup>lo</sup> I<sup>oc</sup> IV. Qui verò anno c<sup>lo</sup> I<sup>oc</sup> XIIIX. apparuit per caudam ursi, arcturum, cor  $\Omega$ , & Spicam  $\mu$ . transvectus est observante Jo. Laurechono Pontemustano. c<sup>lo</sup> I<sup>oc</sup> LXI. in fine Januarij stella nova visa est lividi coloris, nec valdè lucida inter aquilæ & delphini sidera. c<sup>lo</sup> I<sup>oc</sup> LXIV. Novembri in corvi pectore Thom. Bartholinus Consil. de Comet. pag. 27. describit obliquo cursu per hydram, navem, canem majorem, leporem, eridanum, & caput Ceti ad  $\gamma$ . usque progressum cui succedens alter c<sup>lo</sup> I<sup>oc</sup> LXV. à Pegaso, ad iter Solis  $\gamma$ . versus divertit à quo tandem suppressum ait. Nobis visus est caudâ ad spicam Virginis c<sup>lo</sup> I<sup>oc</sup> LXIV. directâ in ipso tropico  $\beta$ . constitutus, deinde obliquo itinere juxta vulturem per caudam serpentis protensus ad craterem, cuspide devolutus XVI. die Decembris in grad.  $\Omega$ . cum canem minori & stella majoris primaria trigonum anisopleurum effingens, per lepusculi dorsum in Perseum propinquum quasi effumans d. XXVI. ad  $\delta$ . oculum radios porrigens procedens usque ad III. Januarij c<sup>lo</sup> I<sup>oc</sup> LXV. quo in ipso  $\gamma$ . expirans videri desit. Adeò ut pro illo  $\text{انقضاض}$  in libris Arabum  $\text{انقطع بلوكب}$  legere solent, non usque adeò reprehendi debeant:

beant: nec vero absimile videatur etiam plures illorum astra nova non tantum μετέωρα, sed etiam parallaxium certissimo argumento ætherea agnovisse. Imò non tantum Stoici sidera animata, & vaporibus marinis nutrita putabant, sed etiam ad Platonis mentem Sanctiores quidam Ecclesiæ Doctores animalia credebant ex æthere composita, σώματα ἕσται ἀθέρος σιωπηκότα, nec tam aqueis alimentis aut marinis quam æthereis pasta, Origenis opinione apud S. Hieronym. epist. LIX. ad Avitum, nec ad temperiem iccirco sumptis ut B. Ambrosius II. Hexaëm. c. III. statuebat, sed potius ad reparandos flammeos Orbes ex tali materia quæ flamam igneis tractibus alere queant, ut apud Senecam videre est VII. quaest. Natur. c. I. & Cicero. II. de Natur. Deor. Talis enim ἀναθυμίασις Chryssippi ætherea quidem, sed pinguis & ardens, cui consentire videtur auctor libri de flatibus Hippocrati adscripti, qui πνεῦμα appellat, spiritum non quemvis, sed æthereum & tamen inflammabilem: ἵψ γὰρ περὶ τὸ πνεῦμα ἱεροφῆ: *Alimentum ignis spiritus est*: elementaris scilicet elementare, & ætherei proportionem respondens & ipsum æthereum, quæ recentiorum nostri ævi sententia est Kircherò etiam probata, & in Solis corpore maximè conspicua. Cui sanè Ocelli Lucani quoque convenit, universi partem quæ supra Lunam sit, in alio generare, & illam quæ infra, in seipso: τὸ μὲν ἐν ἐτέρῳ γενῶν τὸ ὑπὸ ἀνω ἡσ σελήνης ἐστὶ, τὸ δὲ ἐν ἐαυτῷ, τὸ ὑπὸ κάτω σελήνης. Mundum enim constare ajebat ex utroque, divino scilicet semper currente, & genito, semper mutationes subeunte, τὸ μὲν αἰεὶ θεόνιος θεῖς, καὶ τὸ αἰεὶ μετεβάλλονιος γεννητὸς, κόσμος ἀρα ἐστίν. Utrique etiam Solis motum per Zodiacum plurimum conferre adfirmabat ad rerum omnium exortum: ἐν ἔλει ἡ λόξος τῶν ζωδίων τὸ πῶτος πρὸς τὴν τὸ ἡλίος φεράν αἰτία γὰρ καὶ αὐτὴ ἡσ γενέσεως. At Luna fortasse magis ad terrenam Naturam accedit



dit Thaletis Mileſci opinione, quam Cicer. de Natura Deorum recenſet. Sed quidquid hac de re ſit, motus peculiaris Cometarum obſervatus ad polos proprios, diverſos à polis reliquorum ſiderum, i. e. Zodiaci, ſatis oſtendit, nec ex effluviis terrenis tantum illos produci, ut Carolus Piſo de Comet. c. 10. Ioc. XIX. erudito quidem ad Henricum II. Ducem Calabriae & Eotharingiae tr. ſcripto c. II. exiſtimabat, ſed etiam ætheriis qualis ſtellarum reliquarum eſt materia, quam eruditius enarrabat Philippus Müllerus Med. & Aſtron. Doctör Lipſiæ celeberrimus, de Com. c. XXI. De marinis autem vaporibus nihil eſt, cum etiam aquas ſupracœleſtes, doctiores non tam alimoniae ſiderum, quam caloris exuberantiae coërcendae deſtinatas exiſtiment, quarum ſitum contemplari licet Iconiſmo I. Kircheri in Itin. Ecſtatico, & apud Bartschium in Systemate ſuo Cœleſti, quo cœlum cryſtallinum vocaſſe videtur. At quas Euty-chius Patr. Alexandrinus tom. II. Annal. pag. 485. narrat in Ægypto tempore præfecti Turcæ AbuJaafari Ebn Abæ, ad meteora non veras ſtellas fortaiſſe reducendae, præ quarum multitudine ex omni parte ajebat ne cœlum quidem intueri licuiſſe

الكواكب الذي يقال لها الشهباء Cometæ tamen etiam dici queant non longioris ævi ſed ephemeræ, quia nocte tantum integrâ perdurârunt; ſubſequutus eſt obitus Simeonis Zarnaki Patriarchæ Antiocheni. Sed & Cometæ in æthere ex ſiderum effluviis, inprimis Solis, generari jam diximus. Solem verò ignem jam olim exiſtimabat Philolaus terram moveri opinatus circa ignem obliquo circulo: ἴην γῆν κύκλῳ περιφέρεσθαι ἐπὶ τὸ πῦρ καὶ κύκλῳ λοξῷ, quem Sol motu ſuo ſcilicet & Luna menſtrua deſcribere vulgo creditur, apud Plutarchum III. de placitis philoſophorum c. XIII. quæ ſententia Pythagoreis omnibus communis erat. Imò nec his contraria

videtur quæ Aristot. I. Meteor. c. IV. de stellis discurrentibus scribit: οἱ διαθεόντες ἀστέρες: *fomentum habent vaporem siccum, fumum accensum, quia flamma accensio est exhalationis sicca: ὑπέκκαυμα, ἀτμὶς ξηρὰ καπνώδης, ἠφλόξ πνεύματος ξηρῆς ζέσις.* Cum enim ad meteora pertineat, in æthere ætherea materia quodammo- do analogâ, & suo modo accensa novis sideribus comoda credi potest, non minus quam ista per aërem divagantibus. Solebat enim Aristot. à Doctore suo, Platone lubenter dissidere, etsi eundem sæpè lubenter quoque, nec nominatum quidem, sequeretur. Ante utrumque verò Empedocles, apud Diogenem Laërtium Solem non aliud quam massam ingentem ignis vocare solebat: καὶ τὸν μὲν ἥλιον φησὶ πυρὸς ἀθροισμα μέγα καὶ τῆς σελήνης μείζω. τὴν δὲ σελήνην διασκοειδῆ, i. e. *Solem ignis ingentem esse massam lunâ majorem, lunam autem disci similitudinem habere.* Democriti quoque & Anaxagoræ sententiam qui Cœ- metas σωάσιν πλανητῶν sive σωόδον ἀστέρων δύο ἢ καὶ πλείονων καὶ σωασμοὺν statuebant: Manilio *Juncta sidera*, Josephus Scaliger in notis ita explicabat, ut illi alteri conveniret Maniliano: *sunt autem cunctis permixti partibus ignes.* Cœlum quippe ignibus factum esse, & novis iccirco sideribus non minus quam vulgo cognitis fomites suos præbere, ὑπέκκαυματα: unde mutationes variæ *repetitaq; rerum alea*: ut perdoctè ex MS.º Gemblacensi legendum monebat, non prælia. Apertè autem Ebn-Rajelus stellas cadentes etiam ex æthere genitas innuit, ut qui c. XLI. operis sui extremo à signis etiam Zodiaci denomi- natas, ut ab γ. δ. &c. diversi significatus describit. Sed ut ad tabulas nostras redeamus, quid singulæ contineant brevissimè edifferemus.

Prima igitur inscribitur. *دريمان دایره نوروز سلطانیه* Cir-  
culus anni novi Regij.

Altera



Altera Circulus a<sup>n</sup>i intercalaris. در میان دایره سال کبیسه

Tertia portam refert mensis Martij, qui Olugbego ماه ازم  
Turc. Adar. Arab. Jomade Achar. Persis دیوار dictus.

Quarta ماه نیشان Aprilis. Turc. Nisân. Arab. Raib.  
Persis مهر

Quinta ماه ایار Maji. Turc. Atâr. Arab. Shaabân. Pers. ان

Sexta ماه خیزران Junij. Turc. Chazirân. Arab. Ramedsan.  
Pers. ابار

Septima ماه تموز Julij. & Turc. Tammuz. Arab. Shayûl.  
Pers. دی

Octava ماه اب Augusti. & Turc. Ab. Arab. ذو القعدة  
Pers. بهمن

Nona ماه ایلول Septembris. & Turc. Ailûl. Arab. Dsul-  
chije. Pers. اسفندیرد

Decima ماه تشرین Octobris. Turc. Tishrin Auvval. Arab.  
Muharram. Pers. فروردین

Undecima Tishrin Tani, Novembris. Turc. Tishrin Achar.  
Arab. Safer. Pers. Ardahabast.

Duodecima Kanûn Auvval, Decembris. Turc. Kanûn Auvval.  
Arab. Rabiiaa Auvval. Pers. Hardâd.

Tertia decima Kanûn Tani, Januarij. Turc. Kanûn Achar.  
Arab. Rabiiaa Achar. Pers. Teri.

Quarta decima Shabath, Februarij. Turc. Shabâth. Arab. Ju-  
madet Auvval, Pers. Murdâd.

Hæc igitur facillimè intelliguntur, nec nunc Latinè omnia convertere lubet Astronomiæ sanè studio addicti, si modo Indicos numeros sive Cifras nostris per similes aut verius easdem agnoverint, supputationes ipsas statim percipient, quæ verò ad latera adscripta cernes, lectoris diligentia committere visum est, vel ideò, ut materiam habeat in lingua ista se exercendi, quæ olim quoque Cl. Golij mens erat, cùm Timuri historiam ab Ebn Aarabsha stylo propemodum portentoso, phalerato, & difficillimo scriptam Arabicè tantum ederet, sine ulla interpretatione Latina.

Hanc igitur editionem pariter communi utilitati consecratam si benignius acceperis, ad plura similia certiori provisione proferenda me obligabis. Quamvis verò ejusmodi tabulas plurimi plures exstare, satisque cognitæ fortassis existimaverint, proverbium tamen hoc Persarum sibi in memoriam revocari non indigentur, quod nostrâ interpretatione sic habet :

*Pyropus lapis est,  
Et arena campi lapis est,  
Sed differentia est inter eos.*

**Tu verò Lector Benevole quisquis es, si TIBI aliud videatur, Abu Ismaëlis monicum ne spernas in Carmine præstantissimo:**

*Mitte ardua sublimium illis, qui audent ea aggredi,  
Tu autem sis eorum vice contentus levi aliqua adspersione.*

**F I N I S.**



# ADDENDA.

*M. T. Cicero, pro Murena.*

Quæ de scripto aguntur, scripta sunt omnia: Neque tamen quidquam tam accuratè scriptum est, quo non possim, qua de re agitur, addere.



A D D E N D A .

**A**D pag. 7. tres Reges ] In monumento quoque Syroſinico Mich. Boimi, quod ex Muſéo PP. Soc. Romano poſt Kircherum recudit Andr. Müllerus Præpoſitus Berolinenſis habentur iſta :

*Spiritus de cœlis ſignificavit lætitiã* [i. e. Angelus Gabriel ]

*Virgo femina peperit Sanctum in Tacyn* [i. e. Judæa ]

*Clariffima conſtellation adnunciavit felicitatem.*

*Reges terræ Orientalis viderunt claritatem* [ illius ]

*Venerunt offerre munera ſubjectionis.*

quæ tonis Muſicis à P. Pantoja genuini intellectus gratia re-  
pertis admenſa videre poteris in hebdomad. Sin. illius quæ  
de monumento iſto ſigillatim agit. Quis verò ille Lopue-  
nus fuerit, qui cœlo delapſus Imperatori Taycunveno iſta ad-  
nunciãrit, quæ deinde Kimcymus in literas retulerit, & ta-  
bulæ inventæ inſcripſerit anno Chriſti 100 XXXVI. non-  
dum conſtat, ut propemodum de fide narrationis ipſa non-  
nulli ſibi dubitandum exiſtimãrint.

ad pag. 8. inter quæ etiam Aſtronomica ] à tempore Ciyumer-  
thi Regis, ut habet Gregorius Abulſarajius hiſtor - Dynaſt.  
V. Pocokij verſione. *propria ſunt, ajens, Perſis ſtudiũ excellens,  
in arte Medica & Scientia penetrans in judiciis aſtrorum, fueruntq;  
illis obſervationes antiquæ.*

ad pag. 9. quales Comætæ viſuntur.] In lucerna utique antiqua  
quam ex Muſéo Jo. Bapt. Caſalij Romæ produxit Fort. Li-  
cetus lib. VI. cap. XXIX. Signum CHRISTI cum equite  
ſine ſtapedibus, expansã ſiniſtrã granum gerente, myrrha, aut



aut turis, aut auri interpretabatur in medio operculi stellam appellans comatam, quæ tamen verè est octacronia : qualis etiam in altera cap. LXII. cernitur, extremo puppis lunam repræsentans, quàm ideo Dianæ putabat, symbolum nobilitatis Profelenum Arcadum ab Evandri temporibus, quo respexisse Herodem ajebat, cùm uxorem fratris sui arrogantiæ tumidam, irridendo generis nobilitatem in astragalus i. e. Lunulas in calceamentis Romano more gestare diceret. An verò stella huc fortè etiam pertineat quam Abgaro Regi Edessæ à tergo appictam antiquum monumentum exhibet, Valletti cælo expressum in Iconographia Jo. Angeli Canini Romæ edita, cùm illum Eusebius lib. II. c. loc LXVII. Christianum à S. Thaddæo Apostolo curatum memoret, doctiores dispiciant. At Jo. de Buffiers in lusibus Poëticis Idyllio VI. quo de stella Magis prælucente: pereleganter rerum pariter Divinarum & Astrorum scientiæ accommodat his versibus; quos adscribere lubet, quia paucis heic loci dum visos reor :

*Sed Michaël monstrante DEO mysteria callens  
Abdita & obscuris retegens velamina rebus  
Grande opus aggreditur. Cælum quod sidera voluit  
Fixa locis, rapidoq; trahit lucentia cursu  
Insidet, ostentum & terris mirabile, condit  
Materiam cælo ereptam, quæ purior orbis  
Compingit, densatq; simul conformat acutos  
In radios, lumenq; addit, flammamq; nitentem,  
Illa polo fulget, vibrat aurum, operaq; recente  
Artificis, socios splendore illuminat ignes.*

ad pag. 9. cùm Sol  $\gamma$ . Signum ingreditur ] Aali Ebn Rodohamus Comm in Ptolemæi quadripartitum, de circulo: *Vult dicere: non habere punctum speciale, ut sit principium Naturale Po-*

*Suerunt tamen antiqui principium à principio æquinoctij verni, & hoc est signum arietis.*

ad pag. I I. festivitatis perelegantem descriptionem ] Qualem etiam ex monumento illo Sinensi cIo Ioc XXV. reperto, & à P. Kircherò, operá Michaëlis Boymi edito in China Illustrata colligere licet, quo Taycumvenus Imperator *letitiæ reseravit sanctum circuitum, & cepit aperire maximum festum letitiæ in DEI incarnati natalis diei tempore mandabat incendendum imperialem odorem* (i. e. ignes odoratos) *mittebatq; convivia* (id est, epulas Regias, missusque ex mensa Imperatoria pauperibus distribuendos) *ad illustrandos clarissima Legis populos.* (i. e. Christianos) anno Christi Ioc XXXVI. Per Evnuchum quoque Regium Kaoliehum anno Christi Io CCXLVII. Imperator Tien Paous festo exornando dedisse dicitur Centum Serici telas *Kiun pe pie*, & Sacerdoti vestem purpuream *Zukiam Shakim* vitrumque pretiosum *Puli*, & aureos tapetes *Kin Tan*. Apud Indos quoque Mogolicos novum annum Mense Marcio, ut apud Persas, convivationibus variisque lætitiis celebratum non semel vidit Volquardus Iversenus Holfatus, quod in Itinerario Georgij Andreidæ tanquam appendice libri IV. c. X. narrat. Adamus Olearius, & ipse rerum Orientalium imprimis Persicarum ἀπόκρινς. Apud Romanos strenarum; commercia vocat Suetonius Tiberij c. XXXIV. i. e. utrinque dari & accipi solitas quas ita *prohibuit, ut ne ultra Kalendas Januariarias exercerentur, offensus interpellari se toto mense, qui die festo sui potestatem non habuissent.* Augustum quoque Cæs. absentem sive apsentem strenas accepisse à Pop. Rom. inscriptione vet. in Palatio Farnesiano ostendimus Exerc. de Ven. Medin. c. X. p. 247. & Tranquillus c. LXXV. disertè: *Festos & sollemnes dies profusissime nonnunquam joculariter tantum celebravit, saturnalibus & si quando alias libuisset, modò munera dividens, vestem,*



*Item, & aurum & argentum modò nummos omnis notæ, etiam æt. Regios, & peregrinos.* Quo pertinere etiam videntur processus consulares & pompæ VII. noctium in Regio Maxentij numismate, Calendis Januariis de quibus V. C. & Rev. Henricus Noris Dissert. de nummis II. Diocletiani & Licinij excimeliis Serenissimi Card. Medicæi Leopoldi, quam hisce demùm diebus ab Illustrissimo Magliabechio cum aliis plurimis dono accepi.

ad pag. 12. Persæ & Turcæ ] Apud Reges felicis Arabiæ primus pariter anni dies sollempnis *Mubarram* festivitate & munificentia celebratus, ut apud Persas fixo æquinoctij tempore, quod pluribus ostendit Jac. Golius notis in EbnKethiri Sogdiani lib. de motibus cœlestibus.

ad pag. 12. Calendarij exemplum ] Simile possedit olim Sebast. Tegnagelius MS.<sup>m</sup> quod nunc in Bibliotheca Augustissima Cæsarea repositum, in quo distantia etiam præcipuarum urbium imperij Muhammedani per milliaria computata à CP.<sup>i</sup> sede Regia: Et alterum Arabico Turcicum adjecta Persarum numerandi ratione, & tractatus de XII. signis Zodiaci, aliisque Astronomicis.

ad pag. 14. Nasiroddino Tufæo auctore ] qui primus Chatainorum Epochas tradidit anno 1276. Sinensibus quoque æstimatas, de quo inferius pag. 51. plura.

ad pag. 15. Zonæ ratione micantis Andromedæ ] in qua scilicet primæ magnitudinis stella lucidior quamvis & illa in tunica ejusdem propè genu sinistrum non minor nec multum distantior conspiciatur, & utraque multò vicinior æpis sive vespa spectetur: nec nimis longius remotæ sint lucidæ in Medusæ capite, & calcaneo Persei, ut forsitan non minus ab hisce quam à Zona Andromedæ luminis mutuò capere possit: quod cursus quoq; Cometæ recentioris clò loc LXXII.

docere poterat, qui hac viâ ad arietem usque progressus visus est, describente Erhardo Vueigelio singulari dissertatione, ad Serenissimum Principem Electorem Frid. Guilelm. Brandenburgicum, cujus terris & Poloniæ vicinæ fortunam istam variam comminatum verosimile apparet, quam hodiè experiri nemo ignorat. Aratus sanè in phænomenis vers. 204. & 205. diserte :

*Tam clarum caput est, tam magno sidere flagent  
Ambo humeri, summigq; pedes, vestesq; fluentes.*  
ᾠμοι κ̄ ποδες ἀρεβότατοι κ̄ ζώματα πάλτα.

Sed & triangulum sive Deltoton arietis propius est quam Andromeda : apud Germanicum Cæsarem in phænom. Arat.

*Hinc aries juxta medium Deltoton habebit  
Inter lanigeri tergum & Cepheida mæstam.*

& Manilius in Astronom. parem ortum cum piscibus & ariete non tantum Andromedæ sed etiam Perseo adsignat :

*Cum pernix aries in cælum cornua tollit  
Pisces educunt Cepheida, latior illa  
Nereidos Pontoq; fugam cælog; refertur  
Ortus lanigeri, properabunt condere sacrum  
Turibulum, patrio fulgebit in atbere Perseus.*

Hinc sanè non usque adeò improbable videtur illuminationem sideris arvigni non minus præter vespam, triangulum, & cingulum Andromedæ, fieri etiam ab lucida in genu ejusdem, & capite Medusæ & Perseo qui illud gestat. Nam dixerunt illud Arabum :

פואלסמא נגום גיר די עדר  
וליס וכסה אלא ולשמש זאלקמרי  
*In cælo stellæ sunt innumerabiles  
Sed non obscurantur nisi Sol & Luna.*



ad communem vulgi sensum captumque pertinet, cum doctiores facile intelligant, si astra hæc ab illis, & illa ab istis lumen mutuò acceperint, haut difficulter quoque evenire posse, ut intercurrente aliquo idipsum impediatur, adeoque irradiatione negata eclipses alterius contingant, etiamsi nostros obturus propter cœli stellati altitudinem fugerint, quæ facit ut à latere adlapsum lumen nos non nisi mente conspiciamus, atque ut supra diximus, Archimedis votum inutile & impossibile appareat, quod stationis loca attinet, quæ varia observationibus peragendis necessaria essent. Manilio consentit Vitruvius lib. IX. cap. VI. dedicatas stellas enumerans: *Est hædi capra laevo humero tauri quidem ☽ ♀. insuper Perseus dexterioribus subtercurrentis basin Vergiliarum sinisterioribus caput ♀. ☽ manu dextra innitens Cassiopeæ simulacro, laeva supra aurigam tenet Gorgonis ☽ summum caput subjiciensq̃. Andromeda pedibus: paulloque post: Supra caudam minoris Cephei sunt pedes, ibiq̃ ad summum cacumen facientes stellæ sunt trigonum paribus lateribus, insuper ♀. signum.* Et Aufonius inter sidera septentrionalia hæc omnia vicinia conjungit præmissa ariete:

*Auriga ☽ Perseus, Deltoton, ☽ Andromeda astrum.*

Neque incitè Jo. Honterus lib. I. Cosmographicorum:

*Andromede Cepheusq̃ ☽ Cassiopeæ parentes  
Armatusq̃ gener Perseus, circum ora Medusa  
Horrida, Deltoton simul, Heniochusq̃ feruntur  
Hinc aries, & quæ sequuntur.*

ad pag. 17. annus sidereus ] qui reditus est Solis ad eandem stellam fixam, constanter habens dies 365. horas 6. minuta 10. circiter, major iccirco tropico, quia stellæ progrediuntur, Sole suum cursum servante. Tropicus enim cursus est Solis per Eclipticam & Zodiacum inæqualis propter anticipatio-

pationem æquinoctiorum, & variationem solsticiorum dies habens 365. horas 5. minuta 49. Uterque Astronomicus dictus Ludovico Colonio aut quisquis auctor est genuinus, sub literarum sipario latens, Cosmographiæ Gallicæ lib. II. cap. XII. diversus à civili Julij Cæsaris, quem tamen parum prudenter ajebat subastâ armis terrâ, ingenio quoque cœlum reformare conatum, astrisque non minus leges dare quam subditis debellatis. Ad illum sanè, cum flamen Dialis fieret, fastorum cura quam maximè pertinebat, quæ nulli ambitioni, sed temporum necessitati adscribenda: etsi nostrum non sit, eum qui parem nusquam ferre poterat, excusare, quia nunc Rhetoricari non cupimus.

ad pag. 17. Florentiæ ] pro insigni tamen suabenevolentia qua tenuitatem meam complectitur Vir Perillustris Anton. Magliabechius nuperrimè significavit in Bibliotheca Serenissimi M Ducis servari Anonymi librum de usu Astrolabij, & tr. varios de eodem & quadrante Abushathuri Mardinensis, cum Calendario perpetuo, & versibus Turcicis supra quoslibet anni menses. Shemsoddini item tabulas Arabicas de usu quadrantis & planisphærij Astronomici auctore Muslahoddino Ariensi, magistro Mulavæ Zadæ Romani sive Græci.

ad pag. 17. annus sidereus Copernici ] Tropicus igitur Solis frustratione per Zodiacum peracta, redituque ad idem eclipticæ punctum, coturumque æquinoctiorum diebus 365. hor. 5. min. 49. absolvitur. Sidereus, reversione ad ipsam stellam, situque eodem, quo præterito anno jungebatur, dierum est 365. hor. 6. min. 9. Sole non tantum ad idem punctum eclipticæ, sed etiam secundis 51. confectis sive deuteraleptis, quidquid stellæ in anno defluerit, ut illi reconjungatur, apud Argolum lib. I. c. XVI. Sed quod Georgius Vogelivus, aut quisquis is fuerit, qui typis illius relationem de Copernici



pernici libris revolutionum edidit annum sidereum investigatum repertum aiebat dierum 365. min. 25. sec. 24. perpetuò fuisse, multa de Bataniensi & Ebn Corra addens quæ dubia propter defectum instrumentorum pronunciabat, nos potius propter versiones ineptas & semibarbaras incertum arbitramur. Addebat autem ex Muséo Varmiano scribens Copernicum apogéo Solis duos motus tribuisse, medium scilicet & differentem, quibus sub octava sphaera moveatur. Et cum æquinoctium vernali & diverso motu in antecedentia signorum moveatur, Solis & reliquorum planetarum apogea, quemadmodum stellas fixas, postponi. Ideoque observationes omnium ætatum consentiente lege responderent, tres istos motus eum discernere conatum esse.

ad pag. 17. instrumentis ] *parapegmata* vocat Vitruvius, qualia invenerunt jam olim in Astrologia Eudoxus, Eudæmon, Callistus, Melo, (an potius Meto) Philippus, Hipparchus, Aratus, lib. IX. cap. VII. Arabes **أستلاب** vocant. Rivius Com. in I. c. Vitruvij *parapegmata astrolabia* interpretatur, & *planetaria, Scaphea, & torqueta*. Plinius II. 69. Dioptræ meminit: Theonis & Proculi ingenio fabrefactæ, lib. de astrolabio citante Guil. Philandro not. in Vitruvij IIX. 6. Sed quod Arabicè *alhydada* vocari adserit, vix fidem mereri poterit, cum hæc vocula verius Hispanica sit, aut ipso sono Lusitanica; Alhidada vocant: quadrantem Astronomicum & Geometricum cum magnete *Rabaa Elmagnitis*. Artem ipsam doctissimus Vuovverius polymathia c. XXII. Astronomiæ & Geographiæ partem *χερσεγυμν* ex vet. sententia i. e. mechanicen constituit. Talia verò etiam apud Sinas à PP. Soc. Ad. Schalli opera & ingenio fabrefacta Regi exhibita commemorantur cœlestium observationibus aptata histor. exped. ad Sinas Augustissimo Cæsari Leopoldo inscripta c. 10 l. c. LXV.

Globus nimirum stellatus cum planisphærio, & armilla æquatoria cum Zodiacali mixta. Talia quoque sunt planisphæria sex J. G. Pardies, prorsus æqualia, quæ simul sumpta cubum perfectum constituunt, ut sphæra, quæ in illa redacta est, cogitari possit inscripta cubo, & illum sex punctis tangere, quæ sunt, duo poli, duo puncta æquinoctialia, & duo solstitialia, radiis lineisque projectionis à globi centro ductis. Ex his autem consequitur modus perfacilis & certus inveniendi distantiam astrorum. Habent etiam plura talia Sineses, Indi, & Orientales reliqui suis inventis, & ex Europa accepta, quale Astrolabium Jac. Clavij, cujus componendi methodum ex L. Latina Sinicam reddidit P. Matthæus Riccius. Apud Vitruvium tamen l. c. pro *Philippo*, qui nullus, *Phainus* rescribendus sententiâ Cl. Salmasij, nescio quam benè, cum ipse in MS.º vet. *Philinus* repererit, & *Phainus* vix Græcum nomen nobis videatur.

ad pag. 17. processerint ] præcessiones æquinoctiorum, anonymus Copernicanus epist. de libris revolutionum ad Jo. Schonerum & Joach. Rheticum scripta & Basileæ edita à Georgio Vogelino computatæ anno Ægyptio: præcessio vera.

tempore ante nativitatem Domini

	grad. min.			
	293.	2.	24.	<i>Timocharis.</i>
	127.	4.	3.	<i>Hipparchi.</i>
post nativ. Dom.	138.	6.	40.	<i>Ptolemæi.</i>
	880.	18.	10.	<i>Albatanij.</i>
	1076.	19.	37.	<i>Ebn Rajeli.</i>
	1525.	27.	21.	<i>nostro superioris sæculi.</i>

In his Ptolemæi præcessio subtracta à locis stellarum in Ptolemæo positis, relinquit quantum à prima stella arietis distent, Albatanij deinde præcessio addita ostendit verum locum



eum observationis. His autem conferendæ variationes sectionum eclipticæ mobilis cum æquinoctiali & declinationum: apud Erasm. Reinhold. Comm. in Purbach. quip. 241. motum aggregatum vocat motibus nonæ & trepidatione octavæ quandoque secundum successione[m], nunc velociter, nunc tardè quandoque stationarium, & quandoque contra successione[m] contingentem, secundum diversum situm capitis  $\gamma$ . octavæ spheræ in circumferentia sui parvi circuli.

*Prima stella  $\gamma$ . Timocharis atate*

	grad.	min.
<i>post sectionem vernam</i>	-	- 2. 0.
<i>Hipparchi</i>	-	- 4. 0.
<i>Menelai</i>	-	- 6. 12.
<i>Ptolemæi</i>	-	- 6. 40.
<i>Albatani</i>	-	- 18. 2.
<i>Alphonsi</i>	-	- 23. 48.
<i>Nostrò tempore secundum Vuernerum</i>		26. 54.
<i>secundum tab. Alphonsinas</i>	-	- 26. 27.

**Tempora intermedia**

*Timocharis observatio*

*a. 41. à morte Alex. M.*

*inter Tim. & Hipparch.*

*anni 156.*

<i>inde ad Menelaum</i>	-	224.
<i>ad Ptolem.</i>	-	41.
<i>ad Albatan.</i>	-	741.
<i>ad Alphons.</i>	-	381.
<i>ad Vuerner.</i>	-	262.

Vid. autem æquationis eclipticæ five arcus nonæ spheræ figuram ibid. p. 243. ubi Beneventani phantasiam appellat, qui putabat caput  $\gamma$ , anno Christi cIo Io XIX, fuisse in 28.

gradu nonæ sphæræ & 8. min. ) ( cui Pighius aduersus, communem opinionem tuebatur, centra scilicet circellorum fuisse propè sectiones fixas primo Dominicæ incarnationis anno, sicut etiam 16. post caput  $\gamma$ . secundum ipsas tabulas tenuit punctum circelli boreale. Pulchrè autem Christianus<sup>r</sup> Urstisius in fine quæstion. suarum, æquinoctia & solstitia ad  $\gamma$ . &  $\omega$ . principia in primo mobili non ritè referri ostendit cum augium & stellarum fixarum motus nostro sæculo ad Alphonsinas opiniones constituerint, quibus futurum sit, ut motus siderum ab anno Christi c10 Ioccc LXVI. velox, tunc cœpturus sit tardus, & caput mobile  $\gamma$ . ingressurum parvi circuli dimidium à quo tempore apogea & stellæ annis 3500. præter stationem & retrogressionem tardè processura sint. Tot namque annorum spatio sideream sphæram suam alternare velocitatem & tarditatem. Velocem autem añis 1500. siue dimidia revolutione gr. 43. esse min. 42. sec. 52. Tardam eodem annorum numero gr. 7. m. 42. perambulare: hinc autem mutationem æquinoctiorum & solstitiorum, contingere in anno tropico, Metonis & Euctæmonis, quo usi etiam Alphonfus, Ptolemæus, Albatanius, & Muhammedus Aratensis. Sed Copernicum singulari speculatione anni tropici quantitatem veram comperisse dierum 365. hor. 55. min. sec. 18. nisi hoc calculo vitium latere verosimilius censeferi queat. Nos enim promptissimè permittimus, ut quisvis hac in re sensu suo abundet.

ad pag. 18. Hellen & Phryxum ] Martialis X. epigram. LI. elegantissimè :

*Sidera jam Tyrius Phryxæi respicit agni  
Taurus & alternum Castora fugit biems,  
Ridet ager, vestitur humus, vestitur & arbor,  
Ismarium pellex Attica plorat Itin.*



i. e. philomela lugubre cantare incipit. Et ille quisquis fuerit Tragoëdus Senecæ nomine chor- aët. IV. Thyest.

*Questus est Hellen cecidisse Phryxus  
Cum gregis ductor radiante villo  
Aureo fratrem simul & sororem  
Sustulit tergo, medioq; jactum  
Fecit in Ponto.*

Pulcerrima quoque est comparatio Christi pastoris in medio candelabrorum Apocalypticorum, quam adducit Jo. de Buffers Miscell. Poët. in Apocalypsi c. I.

*Felices pecudes quas sacra ad pascua ducit  
Angelus & felix pastor qui ducit ovile  
Splendidum & effulgens. Phryxæo illustrius astro.*

Certè pastor ille bonus Jo. X. II. oviculam humeris portans merebatur à Shillerio, velleri aureo substitui.

ad pag. 19. Sanctiori sanè proposito] Nobis enim dubium semper visum, quod ex Josephi lib. VI. ἀλώσεως c. VI. Seldenus lib. III. de jure Nat. & gent. cap. XVII. opinabatur, in velo illo pretiosissimo pronaj Herodiani sive peplo Babylonico, byssino, coccineo, acupicto, figuras constellationum omnes expressas fuisse, quales sunt nostræ, & quales olim ab Ægyptiis Græci acceperint, πᾶσα ἡ ἑραίνος θεωρία πλὴν ζωδίων. Putamus enim Regem illum, qui subditorum metu plura inconvenientia admisit, vix ausurum fuisse, ut in templo Judæis hanc abominationem proponeret, quotidie adspiciendam, ut qui nec hodiè in suis Luccoth, i. e. Calendariis signa consueta astrônomica admittant, quamvis docendi gratia tolerari adfirmet Aben Ezra, addens tamen, pictores qui id faciant, *proximè accedere ad cultum extraneum*:  
ה'רה' לעבודת זרה' h. e. idololatriam, & ipse tamen va-

nitatibus deditissimus plurima protulit parum à Magia discrepantia, aut saltem quæ vias ad illam expeditas commonstrare queant.

ad pag. 19. Poëtarum Italicorum disertissimus ] Nec minus eleganter Dominicus Gisbertus Serenissimo Electori Duci Bavarix & Palatinatus à Secretis Uranix suæ sive Poësios Italicæ histor. XXII. p. 133. de γ. æquinoctiali.

*Che anco là sù con fortunato arrivo  
Porti lieto a' mortali i dì sereni  
Renda col sùo venir l'orbe giulivo  
Vendi le collinette e i campi ameni  
Coronato con ellera e d' ulivo  
La primavera à trionfar rimeni  
E à ricrear co' suoi divini splendori  
Languido il suolo è pargoletti i fiori.*

Nos Latinè ex tempore sic vertimus :

*Latior adveniens mortalibus inde serenas  
Fucundâ incipiet reddere luce dies  
Orbemq; exhilarans, ramis redimitus olivis,  
Atque hederis, multo gramine vestit humum.  
Jam colles campique nitent, jam verna reducit  
Tempora, jam teneris floribus ornat agros.*

Elegantissima quoque veris descriptio videri potest, apud Jo. Buffiers Ecloga. II. quam de solitudine ad fratrem suum Amatam scripsit, quæ ibidem videri potest, quia prolixiorẽ huc integram transferre non lubet.

ad pag. 20. partibus quoque arietis ] Et Ptolemæus quoque stellas ejusdem in capite vim mixtam habere docebat ex Natura ♂. & ♀. eas verò quæ in ore sint, ☿. & ♃. in pede posteriori ♂. & in cauda, ♀.



ad pag. 20. habitationes ] Clima<sup>rum</sup> vet<sup>erum</sup> figuram videre poteris apud Rivium in edit. German. Vitruvij. Sed moderna XXXVI. habet Rosaccius in globo suo, ex Frisio, ut videtur, & XLIX. adscriptis gradibus longitudinum, latitudinum, & intervallorum, ad parallelos exacta exhibuit Victorinus Strigelius epitom. de primo motu p. 156. Quod si verò in globo aut mappa super induxeris Zodiacum suis polis circumflexum, cui signorum quodlibet subdi queat? ipse perspicies. Si scilicet à primo cujusque gradu & ultimo lineas versus polos suos duxeris, inclusum enim spatium quaesita ostendet. Amplissimum etiam Catalogum distantiarum, & longitudinum ac latitudinum habet sub praesidio P. A. ygenleri Jo. Henricus Vorvvaltnerus, quae singula loca climatum respiciunt.

ad pag. 20. nullam accuratorem novimus ] Quemadmodum nec illorum, quae de Zodiaci signis ad singulas partes corporis relatis commemorant plerique, & praecipue Argolus I. de dieb. crit. c. X. quibus addenda, quae de adspectibus & radiationibus in Zodiaco habet idem c. XV. & ante illum Guil. Postellus libello de vera configuratione signorum caelestium, quem Cosmographiae suae adjunxit: Ipsas nomenclaturas propemodum horrendas proponens. Capitarium, enim vocat, cervicarium, praecordiarium, stomacharium, umbilicarium, & sic deinceps. Neque praetereunda dierum constitutio planetaria, quae non minus vanitatis habere videtur, & quam iccirco labyrinthi forma conclusam in typo exhibet Erycius Puteanus de nundinis c. XXV. Doctissime autem de homine ejusque adfectibus, sideribus subjiciendis egit Abdias Trevvius Astrologiae Med. quem cuivis inspicere licebit.

ad pag. 21. intercalatur ] Apud Arabas quoque **ربط** intercalare, proprie supplere significat, sive implere, & intercalatio

tio כְּבוֹשָׁהוּ Gr. πλῆρωμα, *supplementum*. אַלְלוּשִׁי autem eni-  
bolismus propriè, *productio, retardatio*, quæ in Corano prohi-  
bita, quia gentilium imitatione introducta sit, quo interdi-  
cto solo rerum omnium suam imperitiam pseudopropheta  
ineptissimus & stolidissimus satis prodidit, quem nec astro-  
nomi totius Orientis propterea verentur, quin Ægyptiorum  
ac Græcorum veterum intercalationes & constitutiones an-  
ni admittant, suisque observationibus emendatas etiam  
Persæ usurpent, hos autem Turcæ quoque & reliqui omnes,  
qui sub Turca vivunt, sequantur, non minus, quam qui im-  
perio latissimo Magni Mogolis subiecti sunt. Apud Roma-  
nos quoque non una intercalandi ratio, exposita ab Erycio  
Puteano singulari libro de bissexto, & lib. de nundinis c. XV.  
Pompiliano anno dies 367. communes 355. Juliano anno  
366. adsignat.

ad pag. 22. vervex ] Ita Japonenses etiam vervecem appellant  
; וְקִיחַכּוּרִי וְקִיחַכּוּרִי quod parum refert, quia in plerisque  
systematibus & tabulis Astronomicis, (exceptis illis Germa-  
nici Cæsaris,) icon arietis tanquam humi procumbens desi-  
gnatur, ut integer an castratus sit, dignosci non possit.  
Æthiops certè anonymus ; הַרְגָּה *marem gregis* generalius ex-  
ponebat, & ; הַרְגָּה *etiam feminam, caprã, ovem anniculã,*  
quamvis sine auctoritate, & sine analogia, Clarissimi Ludol-  
fi sententia : Buxtorfius in Lex. Chald. Talmud. Rabbin.  
; וְטִלְאָה & טִלְאָה sive ; טִלְיָה Syris ; אֲמֵרָא אֲמֵרָא vocatur in No-  
menclatore Jo. Bapt. Ferrarij, quod pariter & *arietem*, & *ag-  
num Zodiaci* significat. Armeniis *equinoctium* ; אֲשֵׁי־אֲרָגָּה di-  
citur, cum aries oritur, qui אֲרָגָּה & אֲרָגָּה *vervex* etiam voca-  
tur idem qui Georgianis Ibericè ; אֲרָגָּה

ad pag. 23. XXV. Martij ]

*Semper quindenis ponuntur signa Calendis.*



Et octavo die post solstitium vel æquinoctium, e. g. cum ☉ intrat γ. XV. Cal. April. erit æquinoctium vernum, ubi notatur adnunciatio Domini scilicet IX. Cal. Aprilis.

ad pag. 23. mundum conditum ] γ. tamen in natali mundi, quo lux creata, cœli medium obtinuisse putabat Guido Bonatus tr. II. c. VI. cœli autem medium *mundi vertex* dicitur, ideoque γ. primum signum numeratur.

ad pag. 25. virescentibus herbis ] Nec minus pulchrè S. Hieronymus. *Verno æquinoctio, cum tellus propinquiore Solis sidere temperatur, flores, segetes, generat, veluti pubescens, & in virgulta juvenescens, quia cœlum animâ agitante movetur.*

ad pag. 26. in arietem ] Doctissimus Argolus l. de diebus Criticis c. X. In parte limbi Zodiaci à doctioribus ponitur

*Aurato princeps aries in vellere fulgens :*

Quod mundus equitante Sole in γ. creatus putetur, propterea Virgilius veris tempore creatum mundum scribit:

*Non alios prima nascentis origine mundi  
Illuxisse dies, aliumvé habuisse tenorem  
Crediderim, ver illud erat, ver magnus habebat  
Orbis, & hibernis parcebant flatibus Euri.*

ad pag. 26. quæ Cl. Salmasius ] nimirum Jos. Scaligerum sequutus, qui Almanach Persarum & Arabum ex Græco Μαναχος ortum credebat. Bernardinus tamen Baldus in Lex. suo Vitruviano pro *Monachus* plerarumque editionum legendum censebat *μῆναχ* Ⓞ. ἀπὸ τῆ μῆνας. ἢ ἀπὸ τῆ ἔχειν μῆνας. Meliores enim Codd. MSS. & Guil. Philandrum habere: *Manachos*. *Circinatio circuli menstrui dicitur Manachus*. Vitruvius lib. IX. c. 8. Scaligerum autem errasse pronunciabat, quod orbitam lunæ, lineam eclipticam; Tarentinis vect. *Manacum* & *Maniacum* sive *Meniacum* dictam existimârit, cum certè

luna per eclipticam non incedat, rem igitur rectius tenuisse  
Danielem Barbarum, etsi in Græcis minus exercitatum. Ac  
certè Calendaria Orientalium non tantum mensium sunt,  
ut diximus.

ad pag. 26. Cotboddini ] qui Cod. MS. elegantissimus, habetur  
in Bibliotheca M. Ducis Etruriæ, ut benevolentia suâ solitâ  
æterno observantiæ cultu mihi exosculanda monuit vir sum-  
mus Anton. Magliabechius.

ad pag. 28. Rucnaddauli copiarum Ducem ] De quo vid. Georg.  
Elmacinum lib. III. histor. Saracen. c. VI. edit. Erpenianæ.

ad pag. 29. principium Romano ducimus anno ] Junius Phi-  
largyrus not. in Virgilij Georgica, extremum annum sub  
aquarij sidere collocatum ait quia primus nascentis anni dies  
ab Urbe condita sit Calendis Martiis, ita ut Februarius ulti-  
mus anni mensis haberetur. Aquarium addens veteribus  
Ganymedem dictum. Sed parum memor dictorum in se-  
quentibus, *extremum caput* apud eundem, & *ultimum, primum*  
interpretabatur, quod Farnesianis Calendis aptius erat, in-  
quibus aquarius Januarium, & Januarius annum inchoabat,  
quo sensu heic quoque uti poterat & debebat. Ita & apud  
eundem: *Sanguinis auctor ultimus*: primus familiæ conditor,  
non vulgi sensu postremus intelligitur.

ad pag. 30. Calendario veteri ] Ad istud referendum putabat  
Argolus l. de dieb. Critic. c. XXII. etiam tabulam Trimal-  
cionis in vestibulo adfixam apud Petronium Arbitrum. Lu-  
naria appellans nostratibus similia, quibus commodi & in-  
commodi lunæ dies notarentur: Calendaria item rustica-  
tionis & rei maritimæ, in quibus siderum orrus & occasus, ut  
apud Palladium & Vegetium: sed vestigiis constellationum  
rudius adnotatis, cum diurnalia Planetarum in ephemeridi-  
bus contineantur. Calendarium item Hipparchæum &



Prolemæi, & Thraſylli apud Suetonium Tiberij amicitia ce-  
lebris. Astrologos autem Magos habitos & Urbe pellendos  
apud Ulpian. lib. II. de offic. pro Coſ. ad ethnicos referendum  
censebat, non Christianos, apud quos nulla ephemeridum,  
cura fuerit, sed usus rudium tabularum, in quibus tamen et-  
iam acriora ingenia plurimum valerent: nostro tempore ab  
Jo. Monte Regio cultiores & expolitæ proditæ, atque in per-  
fectissimum ordinem redactæ. Nec Phavorinum, de quo  
Sextus Empiricus & A. Gellius, laude dignum putandum, cum  
Columella etiam sub Nerone ad Vespasiani usque tempora  
Astrologiam eloquentissimè defenderit: quæ omnia, ad  
nostri sæculi industriam comparata, exigui momenti, nec  
nisi propter antiquitatis noticiam ullo alio pretio digna vi-  
dentur. De tabula tamen Trimalcionis Petroniana notabis  
c. XXX. duplicem memorari, unam ad Satyram spectan-  
tem, ut equidem puto, quæ dominum foris cœnare loque-  
retur, & alteram secundum cursum stellarum VII. imagines  
pictas repræsentantem in qua, qui dies boni, quiq̃ue incom-  
modi essent, distinguente bulla notarentur. Doctissimus  
Vuouverius Calendaria perpetua intelligebat, in quibus dies  
clavis bullatis configerentur, eo modo ferè, quo dictatores  
clavo pangendo creari, & apud nos facti notari soliti, & quo  
nos cœnobiis quibusdam & Collegiis religiosorum nomina  
Patrum descripta observavimus clavis impositis, qui eximi  
poterant & reponi, ut prodeuntium & revertentium præ-  
sentia & absentia indicaretur, neque necesse sit janitorem,  
propterea compellare. Illa igitur amicis, clientibus, salu-  
tatoribus, & ut videtur etiam parasitis posita erat, diurnum  
vocabat Seneca epist. LXXX. cui præfecti servi, à cura ami-  
corum dicti, & à cura clientum, fortasse etiam parasitorum,  
si quando illos admittere Domino placeret aut non vacaret.

Hæc autem ad præfectos potius rei familiaris temporum, distinctione procurandæ, sive œconomos, de quibus per-erudito Comm. de servis abunde egit L. Pignorius p. 154. apud quem ex Valentiniani & Valentis A. A. rescripto lib. II. X. Cod. th. de cohort. princ. corn, diurnarij iidem qui subscribendarij, logographi, tabularij, censuales: quorum scilicet subscriptiones, notationes, & redituum ac expensarum rationes añorum & mensium, dierum, forsan horarum quoque observatione opus habebant. Et hos Calendario præfectos apud eundem Romæ dictos legas.

ad pag. 30. in ædibus Maffejorum ] ab hoc sanè multum diversum est Colotianum Josephi Scaligeri, quod adduxit Jo. Seldenus lib. III. de jure Nat. & gent. cap. XV. ut conferentibus statim patebit. Et in illo altero Julij Cæsaris, ex quo idem l. c. Januarium adduxit XV. Cal. Januar. ☉. in ♀. ex quo consequi necesse est XV. igitur Cal. Martij ☉. in ♀. perventurum: quibuscum conferri potest etiam illud Romanum, Constantini Imperatoris editum à Dionysio Petavio in Uranologia. Quæ verò de fragmentis Nundinalium idem Seldenus habet, feliciter expedita dedit Erycius Puteanus singulari opusculo de nundinis pererudito. Habes autem ejusdem cap. XXI. hemerologium Romanum integrum: & fragmentum præterea nundinale quo æstas incipit Solis ingressu in ♄. usque ad ♃. & principium ♃. quod apud Solinum XI. Cal. Augusti contingebat. c. XXVI. ubi Puteanus veris tempus supplebat ex XIII. Cal. Febr. usque in XII. Calend. Maji. In fine quoque operis post c. XXX. singulare hemerologium adjecit festorum & ludorum, cujus collatione multa alia obscura illustrari possunt.

ad pag. 32. ver piscibus incipit esse ] Victorinus Strigelius in tabula continente gradus eclipticæ, cum quibus stellæ insigniores



gniores oriebantur & occidebant; initio statim hæc habet :  
*caput arietis Alexandria oritur 26. ♄. occidit ♀. 9. Roma oritur 21.*  
*♄. occidit ♀. 9. pro quo Sebast. Theodor. Vinshemius & alij*  
*habent 25. 8. Al. alij 27. 8. Rom. quod in tabulis Poëticis repe-*  
*tit ad XIIIX. Martij, quo ☉. ♀. ingreditur, pes arietis or. 23.*  
*♀. 14. occ. Alex. Rom. 25. ♀. or. 13. ♀. occid. Manilius quo-*  
*que alio loco :*

*Pisces tantum sibi temporis ipsi  
 Constituunt, quantum accipiunt de sorte priorum :  
 Et tribus expletis horis noctemque diemque  
 Lanigero tradunt equandam tempore Veris.*

Iterumque alio sic habet :

*Namque Aries totidem de Lucit noctibus horas,  
 Quot prius abstulerant proprio sub nomine pisces.*

Vitruvius quoque lib. IX. c. 7. de ♀. & ♄ : *Hic cetus est subje-*  
*ctus à cujus crista ordinatè utrisque piscibus disposita est tenuis fusio*  
*stellarum, quæ Græcè vocitatur ἐρμυδὸν magnoque intervallo intror-*  
*sus pressus nodus Serpentium attingit summam Ceti cristam.* Ubi  
*Harmédone malebat Bernardinus Baldus in Lexico suo Vitru-*  
*viano aucto à Jo. Lætio. Nec enim Harpedone Scaligeri pro-*  
*bandum censebat, cœlestis nodus Ciceroni, λῆνον Procli, &*  
*vinculam, οὐδ' εὐρεῖος ἐπ' ἑρμυδίου, Arato dicta Filum tenue pi-*  
*sces colligans appellat in versione sua Germanica Gualthe-*  
*rus Rivius lib. IX. c. VII. tenuis fusio stellarum, area est stel-*  
*lularum minimarum, qualis & galaxia nonnisi majoris tele-*  
*scopij ope dignoscenda. Cum hisce autem conferri pote-*  
*runt umbræ æquinoctij variis locis variæ de quibus Vitruvius*  
*IX. c. 8. & 9. cui analemata etiam varia conveniunt, quo-*  
*rum figuras habet Rivius Comm. p. 282. cum menaco aut*  
*Menico suo (sic enim nos ἀπὸ μινῶς dictum mallems) &*

Lacotomo: ad quorum ideas horologia vett. referenda stauit, Theodosij, Andreae, Patroclis & Pelecini, quorum varia genera, Gonarche, Engonaton, Antiboræum, pensilia, hydrologia Ctesibij Alexandrini, Cylindri, Anaporica, pharetra Vitruvij, Pinei Dionysiodori, & Arachne Scopi Syracusani qualis olim in Circo Flaminio erat. His autem etiam, aquatica addi poterunt cum tympanis suis, quorum labris signorum cœlestium deformationes conspiciantur. I. c. quibus etiam nostrates artifices Augustæ plures, & elegantiores dederint, si quis expetat. At quod de anticipatione æquinoctij & signorum progressu sapius diximus, haut inscitè etiam commonuit Mauricius Comes Fliscus Dec. de fato, sphaera I. p. 191. tempore Chaldæorum annum inchoari solitum ab æquinoctio verno à prima stella  $\gamma$ . stellati, quæ nunc in fine  $\gamma$ . sit, gr. 28. min. 30. sec. 33. & quæ c10 I000 LXX. i. e. ferè intra sæculum futura sit in  $\delta$ . primam enim  $\gamma$ . secundum calculum Copernici & Tychois distitisse à cardine æquinoctiali gr. 4. min. 57. sec. 28. ideoque jam anno CCCXLIX. ante Christum Dominum fuisse in primo gr.  $\gamma$ . & cum semper recesserit ætasque mundi incertissima sit, fatendum esse nos nescire, quale sidus ab exordio mundi fuerit caput æquinoctij. Addebat præterea verè: nullam stellam  $\gamma$ . c10 I000 LXX. futuram esse in  $\gamma$ . sed omnes in  $\delta$ . considerato scilicet stellarum statu moderno, stellas autem  $\delta$ . in  $\pi$ . & sic deinceps stellas præterea  $\chi$ . jam anno CVII. ante Christum cœpisse ingredi in  $\gamma$ . & nostro sæculo paucas in  $\chi$ . reperiri, sed reliquas in  $\gamma$ . versari, adeoque totum Zodiacum mutatum & æquinoctium non amplius in  $\gamma$ . sed in  $\chi$ . contingere unde nec absurdè astrologiam aliquando reformandam arbitrabatur. Liber tamen quem sub Francisci Albei Arabis Christiani nomine editum Parisiis anno



cIo Ioc LIIX. novam methodum Astrologiæ in scriptum  
 adducebat, & ficto nomine prodiisse, nec sufficiens instituto  
 videtur. Hæc sanè causa apparet quod imaginibus XII. si-  
 gnorum J. G. Pardies in tabulis suis novis Astronomicis Se-  
 renissimo Principi Hannoverano dedicatis sequentia signa  
 adscripserit, in quibus hodiè conspiciuntur. ♄. non procul  
 ab oculo sinistro, ubi stella minor, ♀. adfixit. Ad pedes al-  
 terius ♀. qui Apollo dicitur ♄. In ipso paguri corpore ♄.  
 sub ♄. ♀. sub pede ♀. dextro ♀. In ♀. capite ♀. In ipso  
 arcu ♀. ♀. & ♀. in ipsis ♀. naribus. In supremo ♀. femore  
 signum ♄. sub cauda alterius piscium, qua nodus Harmedo-  
 nes est, ♄. & in ♄. pectore ♄. reposuit. ingeniosè profectò,  
 & accuratè, si nostri temporis rationem habere volueris. Si  
 igitur Manilij ætate jam cognitum dixerimus, satis planum  
 erit, quod ait: *ver piscibus incipit esse.* Quid verò, si sic res  
 habeat, ut habet, dicemus de Persis cæterisque Orientalibus?  
 annum observant non sidereum, sed tropicum, adeoque  
 necesse est, eos annum suum nonnihil inchoare citius quam  
 superioribus sæculis faciebant. Postellus sanè constellatio-  
 num figuras trigonis spatii & quadrantibus dimensus ad ♄.  
 referebat linum piscium, & Ceti partem, balænam, & stellam  
 primæ magnitudinis Acharann ahara dictam: אַכַּר אַלְוָהר;  
 partem autem ♄. posteriorem & ♄. primam conjungebat  
 cum pedibus. In ♄. collocabat tergum ♄. & capitis obversi  
 partem cum plejadibus p. 35. Caurumque præterea seu Magi-  
 stralem Ventum ♄. viribus pollentem docebat. Columella  
 lib. XI. de re Rust. c. II. secundum edit. Basileensem Herva-  
 gij, qui Aldinam expressit: XV. Cal. Martij ☉ in ♄. transitum  
 facit, nonnunquam ventosa tempestas. XIII. & XII. Cal. Mart.  
 Favonius vel Auster cum grandine ☉ & nimbis. XVI. Cal. Aprilis  
 ☉ in ♄. transitum facit. Favonius vel Corus. X. Cal. April. Aries  
incipit

*incipit oriri, pluvius dies, interdum ningit. IX. & IIX. Cal. April. æquinoctium vernum, tempestatem significat. & libr. IX. c. XIV. Ab æquinoctio primo, quod Mense Martio circa IIX. Cal. Aprilis in octava parte γ. conficitur ad exortum vergiliarum dies verni temporis habeantur duodequingenta, per hos primum apes curandas esse docet ex Hygino, qui librum de apibus. Sed paullo post superaddit: Nec me fallit Hipparchi ratio, qui docet solstitia & æquinoctia non octavis, sed primis partibus signorum fieri. Verum in ruris disciplina sequor nunc Eudoxi, & Methonis antiquorumq; fastos, (ita enim corriges, & : fastus: eliminabis) astrologorum, qui sunt aptati publicis sacrificiis, quia & notior est ista vetus agricolis concepta opinio. Nec tamen Hipparchi subtilitas pinguioribus ut ajunt, rusticorum literis necessaria est. Octavam etiam partem signorum nominabat Vicruvius lib. IX. c. V. Cum Sol arietis signum init, & partem octavam pervagatur, perficit æquinoctium vernum. Et postea: è m. progrediens per Sinum, qui Sinas iv. partes habet primas, in iv. parte octava perficit æquinoctium auctumnale, qui cursus aequat eam circinationem, quæ fuerat in arietis signo. Et Plinius XII. c. 25. & II. 9. Sol ipse quatuor differentias habet bis aquata nocte diei, vere & auctumno, & in centrum incidens terra, octavis in partibus arietis & libra.*

ad pag. 32. Isis, quæ Ægyptiis annus] Cui cultum divinum, deferebant, & quam in obelisco Julij Romani accipiter polymammos, Naturam beneficam & fertilem referebat, parum differens à Sole Homeri *Ἐξελίον χείρει*, cui simillima Puffa Sinenfium, Cybele Polychiros sive Icostobrachion in Helio-cacabo sive calatho Loti Ægyptiæ residens, cujus vires & beneficia quæ XX. manibus tenet, in figura illa videri possunt, quam apud Kircherum in Chin. illustr. dedit P. Sebastianus Rothius Augustanus, rerum Orientalium peritissimus. Solis quoque Homerici effigiem referre videtur Idolum Hamant, Decacephalon, & Decabrachion, quod ibidem depingitur.



ad pag. 33. Augustum Cæsarem ] Confer numismata Illustris Patini ad Sueton. p. 139. & inprimis illud in quo Capricorni imago in fronte stellam gerit, in tergo cornucopiæ, pedibus orbem tenens, imperij signum & clavum navarcharum, peregrinum & rarissimum. Ejusque imitatione Neronis Apollinis Nicæorum in quo Capricornus cum cornu effigie, corona quercica, & flagello aurigario: præter cantandi enim scientiam, & Venetæ factionis studium in Circo, nullam aliam virtutem amabat, si modò hæc quoque virtutis nomine venire possunt.

ad pag. 33. hiems pateram ] Minutio Felici in Octavio p. 10. ed. Lindenbrogij, *hiberna olivitas* dicitur. *Ordo*, enim ait, *temporum stabili frugum varietate distinguitur, & auctorem suum parentemq; testatur. Ver æquè cum suis floribus, & æstas cum suis messibus, & auctumni maturitas grata, & hiberna olivitas necessaria, qui ordo facile turbaretur, nisi maxima ratione consisteret.*

ad pag. 34. non uno modo signa cœlestia pingebant ] quæ ideo conferre licebit in globis antiquioribus & sphæris tam Græcanicis, quam barbaricis, & Calendariis Romanis. Icones enim Germanici Grotianæ cum Farnesianis non conveniunt: etsi illæ elegantissimæ, hæc multò rudiores sint: inter has enim ♀. semipiscis videtur multò prolixior proportionem quam inter illas. ♂. nudus, puerili specie Catamitus, erectus, non genuflexus. ♀. sine vinculo seu harmedone √. gressu ferè equino tolutarius. ♂. in pedes anteriores procumbens & camurus, introrsum conversis cornibus, non patulus, qualis diversa habens apud Germanicum Cæsarem, in cujus iconibus etiam quemadmodum in plerisque globis dimidiatus tantùm cernitur, Vitruvius lib. IX. c. V. ♂. *pars dimidia eminet in majus spatium mundi, quam dimidia procurrit procedens ad Septentrionalem partem.* ♀. nudi & conjuges sese amplecten-

plectentes. ♂. marinus chelis longius protensis. ♀. unguulas  
 expediens tanquam invasurus. ♀. quasi procumbens sinistra  
 capiti, dextrâ umbilico ad motâ. ♀. adolescens nudus dex-  
 trâ trutinam gestans. ♀. caudâ longissimâ, & brachia non  
 minus quam ♂. protendens. ♀. plenâ facie, & arcu gemina  
 spicula intentans: cujus femina ♀. partem veteribus consti-  
 tuti solita Vitruvius narrat lib. IX. c. V. Apud Fort. Licetum  
 lib. de annulis antiquorum n. IX. depingitur, cui loco gem-  
 mæ sphaera coelestis cum Zodiaco inserta, quo tamen signa  
 præter ♀. nulla agnosci possunt, sed constellationem fabricæ  
 indicant, quæ margini palæ inscripta cernuntur ☉. ♀. ♀. ♀. ♀.  
 His addere liceat quod in convivio Trimalcionis apud Pe-  
 tronium c. XXXV. etiam cibi figuris quibusdam signorum  
 Zodiaci accommodati legantur. Remoto enim mortis ar-  
 ticulatæ oscillo: *Ferculum insequutum planè non pro expectatione  
 magnum. Novitas tamen omnium convertit oculos. Repositorium  
 enim rotundum XII. habebat signa in orbem disposita, superq. propriam  
 convenientemq. materiae structor imposuerat cibum. Super ♀. cicer  
 arietinum: Super ♀. bubula frustum: Super II. testiculos ac renes:  
 Super ♂. coronam: Super ♀. ficum Africanam: Super ♀. sericulam:  
 Super ♀. stateram in cujus altera parte scribita erat, in altera pla-  
 centa: Super ♀. Scorpium ( sic enim legendum existimo i. e. pi-  
 scem marinum, quod ipsâ repetitione ejusdem vocabuli libra-  
 rio excidisse, aut vitiosum videri potuit, ut deinde omissum  
 in MSS. is asterisco notaretur ) Super ♀. otopetam: Super ♀. lo-  
 custam marinam: Super ♀. anserem: ♂ super ♀. duos mullos. Ci-  
 cer sanè arietinum à figura siliquarum sive volvarum dictum  
 videtur: per coronam autem turdorum intelligit Erhardus  
 Francus in adnot. quod Sole in cancro versante coronarum  
 frequens usus fuerit antiquis ad Martialis mentem lib. XIII,  
 epigr. LI. per ♀. Centaurum sive Chironem alterum intel-*



ligi monebat ex thyrso leporem gestantem, confusione manifesta cum arcitenente: nec enim otoperam aliud quam leporem denotare: Locusta etiam marina capricorni picturam usitatam in Calendariis vet. utcunque refert, si caudam in piscis formam abeuntem consideres. Reliqua non figuris, sed aliis rationibus qualibuscunque convenire videntur. Ita in tabula antiqua Calendarij perpetui, quam ad Sebast. Münsteri delineationem produxit Jo. Holbenius pictor & sculptor ingeniosissimus, & formis ligneis incidi curavit, Curfus coelestis nomine, in medio astrolabium exhibens superior radices lunares & capitis draconis solares ostendit ab anno Christi cIo Io XXX. usque ad cIo Io LXXI. & cIo Io LXXIX. signa XII. habet ab aliis haut parum diversa:  $\gamma$ . enim quasi arietans depingitur:  $\delta$ . integer in genua anteriora procumbens:  $\pi$ . alati & sinistras jungentes: gamma, cancri loco:  $\rho$ . prolixè candatus & jubatus sinistram pedem elevans:  $\mu$ . nuda, ferto in fronte redimita dextra flammeum infra umbilicum pudibunda deducens, sinistra flores gerens promisso capillitio in nubibus consistens: pro libra bilanx:  $\nu$ . Sepes nigerrimus, duabus chelis pectore, & tertiâ in caudâ formidabilis, ipse quoque in nubibus depictus:  $\tau$ . Centaurus cornuto capite, anteriùs in pedes reclinatus, arcum inteudens, dimidiata facie:  $\chi$ . quasi saxo desiliens:  $\omega$ . Semipiscis, ampullâ, non urna aquam fundens:  $\ast$ . barbatuli sine vinculo. At verò oppositis geminata VI. nobis monstravit peregregia Jo. Ambergeri pictoris celeberrimi delineatione picta Josephus Vuernerus cognatus nobilissimus picturæ sculpturæ & antiquitatis omnigenæ peritia celeberrimus:  $\delta$ . reflexo capite & collo, mento barbato, linguam exserens cujus dorso  $\mu$ . insidet, caudâ longissimâ sine internodiis, ingenti aculeo armatus.  $\nu$ . alata in verriculo

pisces gerens lino suo colligatos. ♃. subsultans, cujus dorso  
 astacus marinus grandior insidet. ♄. Centaurus, hirtio capil-  
 litio arcum tendens, nudo tergore parte posteriori equinā  
 puellis nudis ♀. sedentibus, brachiis manibusque sese com-  
 plexis. ♁. cujus utraque lance ♃. jacet. ♃. cauda ♁. campe-  
 stri succinctum complectens, cujus rictui latè hianti ac quasi  
 fumanti ex gutto aquam infundit. In hemisphærio etiam  
 quod Lavingæ cIo Io LXXIII. excudit Georgius Brentelius,  
 ut stellam novam in Cassiopea repræsenteret ♃. sinistra ro-  
 sas gerens. ♄. pedestris depingitur: & in schematico horo-  
 logij. ♄. ♁. & ♃. tria signa semipisces referunt. ♃. autem  
 sedens sinistra ramulum gerit. Inter icones etiam XII. si-  
 gnorum cœlestium p. 197. Petrus de S. Maria Magdalena  
 Abbavillanus in Horologiographia elegantissima p. 197 ♃.  
 depingitur Mercurij facie juvenili volans sinistrâ caduceum,  
 dextra surculum floridum gestans. In globo autem suo Jo.  
 Oterschadenus Belga, quem Urbano Sangelasio Episcopo  
 Commingiensi dicavit, ♄. medio cinctus, cum diademate  
 capitis pingitur loco ephaptidis. ♁. sinistrâ linteum gerit,  
 dextrâ urnam effundens, ♁. vinculum fluviolus stellatus. ♃.  
 spicam sinistrâ gerit, dextram attollit: & quis omnia alio-  
 rum enumeret? In globo præterea Tychonico à Jodoco  
 Hondio & Petro Theodoro cIo Io c excuso ♃. sinistra spi-  
 cam gerit, in ala dextra stellam habet primæ magnitudinis,  
 quæ vindemiatrix dicitur, in dextræ manus annulari digito  
 stellula minorem ostendit, ♄. cum ephaptide conspicuus.  
 Pisces lino duplici colligati cujus una pars australis, altera  
 septentrionalis dicitur. Non dixerim an ex ingenio figuras  
 Uraniæ suæ protulerit Dominicus Gisbertus Poësi Italica  
 an verò antiquitatis aliqua fide ediderit, nec enim inelegan-  
 tes sunt, & ab reliquis haut parum diversæ. Huic ♃. vernus,  
 idem



idem cum Jove Ammone cenfetur, & aureo vellere. **II.** Caſtor & Pollux: Ledæa ſidera, pavones gemini, Triptolemus & Jaſon, quorum alter falciculam ferratam gerit, alter ſecēpitam & ſiſtrum pectori appenſum, ſeu verius Apollinis lyram. **III.** marinus ſive locuſta marina, octopeda. **IV.** dextrâ ſurculum, ſiniſtrâ ſpicam cum radice ſua inverſam gerens. **V.** alatus ſemivir, Croton arcitenens, ſed qui cum Chirone thyſigero confuſus videtur. **VI.** gemelli, Dea Syria, Venus & Cupido cum vinculo & nodo, quorum unus Notius, alter Borealis dicitur. Columnas quidem Perſicas Conſtantini M. commemorat Codinus p. 27. in quibus Apollinis figura, Jovis, & Cari Imperatoris qui pater Diocletiani, Luna item, Venus, Arcturus, & XII. ſigna cœleſtia, ſed quia nihil illarum ſupereſt, quod ſciri aut ſpectari queat, qua ſpecie efficta fuerint, nemo adfirmare audebit, ideoque lubenter omittenda ſunt. Sed & in tabulis novis dictis & Pariſiis editis clō Ioc LXXIV. à J. G. Pardies, Jo. Friderico Duci Brunſuiceniſi Lunæburgeniſi, Sereniſſimo Principi Hannoveræ nuncupatis, quâ nova cœli deſcriptio contineri dicitur **VII.** cernuus ſaciſque jubatus pingitur. **VIII.** Apollo cum lyra ſua & ſpathomele Galenica ancipiti, & Hercules cum clava, uterque capite ovi dimidio contectus. **IX.** pagurus. **X.** averſâ facie, ſiniſtrâ elatâ ſurculum lauri baccis fœtum & ſtellulis duabus minusculis inſignem, dextra ſpicam gerens prolixè alata & comata. **XI.** octopus, ſeu potius ſex pedes, duasque chelas habens, quarum dextra ſiniſtrâ longior, utraque autem interius denticulata eſt. In ſingulis pedum tria internodia, in cauda **XII.** oſtendens, cum aculeo bicuſpide & lævi. **XIII.** quaſi alatus, exuviis intectus quæ ephaptidem referunt quaſi vento diffluentem, dependentibus ad pectus unguis. **XIV.** dextra manile, ſiniſtra urceum aut guttum tenens, ex quo lympham

tanquam fluviolus in os usque piscis Notij defluit. In Calendario aurem Shilleri & Bayeri XII. signa Zodiaci, totidem SS. Apostoli, Matthiæ Kageri manu delineata, icones coloque Lucæ Kiliiani quæ imagines, & Gasparis Schecfij quæ stellas, sculptæ proponuntur, inter quas primus S. Petrus, loco  $\gamma$ . habetur, in cujus brachio dextro reposita, quæ aliàs lucida in vertice  $\gamma$ . Clavjo informis, ea quæ super caput, in tabulis Regalibus, a liis super muscidam dicta. Alter  $\delta$ . loco S. Andreas, in cujus cruce Burgundo-Austriaca lucida illa, quæ Græcis *λαμπαδίας* dicta, Arabibus *مصابيح*. Tertius, S. Jacobus major,  $\pi$ . refert. Quartus, *οὐρανός*, sive  $\sigma$ . marinus aut pagurus S. Joannes. Quintus,  $\rho$ . vice S. Thomas. Sextus, S. Jacobus minor, in cujus cruce dextro, lucidissima illa, quæ olim Spica  $\pi\gamma$ . Septimus, S. Philippus  $\tau$ . refert. Octavus,  $\theta$ . S. Bartholomæus. Nonus,  $\iota$ . S. Matthæus. Decimus,  $\kappa$ . S. Simonis effigie. Undecimus, S. Thaddæus  $\lambda$ . Duodecimus, S. Matthias, Derces loco sive  $\mu$ . Quæ omnia tamen quomodo siderum virtutibus & influentiis aptari queant, nondum satis constare videtur, quæ certè ethnicis fabularum mysteriis utcunque conveniunt, si quis Verulamij interpretis opiniones in libro de sapientia veterum non adspernetur. Plerique tamen etiam in istis nusquam consentiunt, Ludovicus Colonius in Cosmograph. sua Gallicè Parisi ed.  $\gamma$ . ipsum  $\nu$ . facit Amonem.  $\delta$ . Europam.  $\pi$ . Castorem & Pollucem.  $\rho$ . Nemeæum Herculis.  $\sigma$ . Cererem.  $\theta$ . bestiam grandem appellat, causa planè obscurâ.  $\iota$ . Chironem Centaurum.  $\kappa$ . bovem marinum vocat.  $\lambda$ . Deucalionem,  $\mu$ . Dercetûs filios. lib. II. c. IV. cujus sententiæ aliorum non respondet. Sed in figuris Bayerianis ethnicis, separatim excusis, & Illustri Dumvir Quirino Rehlingero ac Marco Velfero inscriptis, manu Alexandri Mairij æri incisus,  $\pi$ . Apollo



pollo cum lyra & specillo ambidextro, Hercules aut quisquis fuerit cum falcicula dentata: quibus tamen cur utrinque capitibus obiectis crucis signum imposuerit, valdè obsecrum videtur, certè à pagana consuetudine omni abhorrens. Cancrum pagurus refert. ♀. in dextra surculum lauri bacciferæ gestat, cujus extremo stella major conspicitur, aliàs cauda Ω. dicta: sinistrâ Spicam ostendit, alata. In Scorpio cauda 6. internodia habet, chelæ cancrinæ sunt, & 3. articulis insignes. †. alatus. ∞. mantile à sinistro humero dependens, dextra prehensum longius diducit, sinistrâ hydriam effundens, aquâ in os usque piscis notij defluente. ✕. vinculum satis longum & tortile. Hoc quoque ex antiquitate monendum, cum olim Scorpius caudâ chelis longissimè protensis duorum signorum spatia occupâset, libram deinde serius additam, unde Virgilius in fine Georgicorum de Augusto Cæsare

*Anne novum potius Sidus TE mensibus addes  
Quâ locus Erigonen inter chelasq; sequentes  
Panditur, ipse Tibi jam brachia contrahit ardens  
Scorpius . . . . .*

Est etiam penes me numisma Chemicum in quo ex altera parte Leo conspicitur, cui imminet caput draconis Astrologis dictum & substac signum (Tartari) erectum & inversum, quod idè tantum adducere placuit, quia universam ejusdem constellationem eleganter expressam ostendit, quod rarum & significatum relinquendum arbitratus ex ingenio cujusvis explicandum.

ad pag. 36. Fulget spica manu ] Igneam hanc vocat Bassus Commentator in Aratea Germanici, quem Grotius præterit, sed sedere cum cæteris omninò debebat, ut majorem sibi gloriam

riam pareret. Ajebat autem de virgine : *In singulis manibus singulas stellas habet, illa quæ dextra est, clarior est, et vocatur spica.* Corrige & leges : *sinistra* : quod in iconibus & globis omnibus, etiam antiquissimis, indubitatum : illa certè quæ in falce, dextra manu apparet, minima est, nec effatu digna, major enim supra hanc leonis caudæ verius inserta, ut supra diximus spicæ quidem sinistræ manus par, primæ magnitudinis, sed alterius asterisci videtur. Bartschius tamen secundæ magnitudinis illam denominat, quæ in ala dextra statim sub cubito dextri brachij cernitur. Quæ omnia, cum varij varia ad lubitum prodiderint, parum referre videntur, & meritò contemnimus, quia nobis non minor facultas fuerit asteriscos istos omnes nova methodo novoque systemate, si visum fuerit, repræsentare, non minus verosimili quam olim Cleomedis & Hipparchi, aut nostro sæculo Tychonis erat.

ad pag. 37. pluit & tonat ] Ptolemæus hoc sensu arietem tonitruosum & grandinosum appellat, qualem nostrates etiam agricolæ sæpius experiuntur. Κριός. ] *ἑτοιχείων ἢ δωδεκάμημοσιον βροντῶδες ἢ χαλαζῶδες, ἰσημερινόν, ἀῤῥῆεν, ἡμερικόν, πορτασον, ὀλιγοχρονίζον, ἡγεμονικόν, ἰεζεάπειν, χερσαῖον.* i. e. *Aries signum tonitruosum, grandinosum, æquinoctiale, masculum, diurnum, ordinans, exigui temporis, rationale, quadrupes, terrenum.*

ad pag. 37. pluit ] Pluvia autem primi veris, cum lucida arietis oritur. רביע מרביאע Arabicè peculiari nomine dicitur. רביע, ver ejusq; duo menses : רביע אלכלאע & רביע אלארל apud Ebn Maarufum in Lexico Arabico Persico, & in Camuso sive Oceano Firauzabadij. Apud Olugbegum verò mensis hibernus : רל קאנון dicitur h. e. December, & Januarius : רביע האני : verni enim sunt Martius & Aprilis : ראיב Majus ambiguus & intermedius æstati potius adnumerandus, quemadmodum Augustus auctumno, & sic



ad pag. 37. in hiemem revolvi ] Confer quæ ex aphorismis Hippocr. dixi Exerc. de Vena Medin. Et adde quæ auctor III. de victus ratione habet, *hiemem à vergiliarum occasu ad æquinoctium* definiens, *ver autem ab æquinoctio ad vergiliarum exortum.* & I. Epidem. Carastasi III. in Thaso Sect. II. *περὶ ἰσημερινῶν καὶ μέγχει πλινιάδος νότια ὕσμῶνα, pluvia austrina.* Et deinde: *Frigora maxima ad æquinoctium χειμῶνες μέγστοι περὶ ἰσημερινῶν.*

ad pag. 38. ventos ] veteribus XII. memorati Junio Philargyro in Virgilij Georgica hoc ordine : *Subsolanus : Eurus : Fœnix : Notus : Libonotus : Zephyrus : Argestes : Thracias : Aparctias : Boreas : Circius.* Apud Columellam, ut jam diximus : *Favonius : Corus : Auster.* Pauciores i. e. octo tantum numerabantur in Ornithotrophéo Varronis III. de re rust. c. VI. ad idéam Horologij Atheniensis orbé ventorum posito, quod Cypresten exstruxisse ait. Fulvius Ursinus ex Vitruvij lib. I. c. VI. Andronici Cyrrestæ octogonum appellat, Cyrrhostæ in MSS. omnibus reperit Jo. Jocundus, & suæ quoque editioni inferuit Jo. de Læt. in turri quo singulis lateribus singulorum ventorum imagines exsculptas habebat cum Tritone æreo, qui vento circumactus virgæ indicio, dextrâ porrectæ, contra flatum consistens imaginem venti flantis ostendebat. Huic autem dicuntur : *Solanus : Auster : Eurus : Favonius : Apricus : Septentrio : Caurus sive Corus : Aquilo.* Sequentibus tamen etiam plures recenset, qui inclinationibus & recessionibus varietates faciant : suntque : *Euronotus : Altanus : Libonotus : Subvesperus : Argestes : Etesia : Circius : Corus* lateralis ad latera Cauri : *Thracias : Gallicus : Supernas : Boreas : Carbas : Ornithia : Cacias : Volturnus* : quibus ex Eratosthenis Cyrenæi mente plures à loco, & fluminibus, ac montibus dictos addi posse inuit, & *ἀύγιον* seu *aureas matutinas* : simulque in octogoni angulis

pariter inscribendos docet. Iconem turris Tritonis Atheniensis sic satis elegantem ingenio Rivij delineatam videre licebit Comm. in Vitruv. fol. 46. b. quâ hoc unum fortasse reprehendi queat, quod mortis & aliorum quorundam effigiem appinxerit, præter auctoris mentem, ad horologii illius ferè idéam cujus fabricam Dafypodij ingenio exstructam Argentorati sæpius attentè consideravimus, non tantum externo intuitu, sed etiam internâ artificij contemplatione. Neque inelegans est Tabula Anemodictica Levini Hulsij Navigationibus Batavicis præmissa, in qua Venti XXII. moderni, sub quibus XII. vet. interque illos duplices *Zephyrus & Favonius*: *Corus & Argætes*: *Thrasias & Circius*: *Aquilo & Spartias*: *Meses & Boreas*: *Helleponticus & Cacias*: *Phœnicias & Euronotus*: è regione verò tabula altera gradus orbis terræ & II X. præcipuas acûs magneticæ differentias ostendit. Ita verò si IV. principalibus sive Cardinalibus dictis [ Ital. *Sirocco*, *Garbino*, *Mæstro*, & *Greco* ] septem illos duplicatos adjungas, & austrum quoque duplicem, *Notum*, facias, in universum habebis XXIV. Vitruvianis pares, quod obiter monere visum est. Josephus Rosaccius in tabula sua Cosmographica, ventos IV. tantum principales ex IV. mundi plagis deducens inter septentrionem & ortum Græcum sive Eurum dictum collocavit, inter ortum autem & meridiem Austrum & Euronotum ( Ital. *Sirocco* ) inter meridiem & occidentem Zephyrum sive Favonium, & inter occasum ac septentrionem Magistrum dictum sive Aquilonem: appictis etiam cuique constellationibus propriis, à quibus plerumque excitari putantur, aut quarum exortu flare consueverint. Græcæ autem Ursam & Ophiuchum adsignat: Austro, Argo navem & Centaurum: Zephyro Aram & Leporem: Aquiloni pisces, Perseum & Cassiopeam, si modò hæc verò satis consona experientia



entia respondeant: quæ omnia ex Gemma Frisio & Magino sumpſisse videtur.

ad pag. 38. venti numerantur ] Conferendæ cum his figuræ egregiæ apud Gualtherum Rivium not. in Vitruv. IIX. præcipuorum secundum partes æquatoris f. 48. b. & XVI. f. 51. a. & XXIV. cum circulis mundi sive sphæra armillari f. 50. b. & XXXII. f. 51. b. ad mappas quoque hydrogeographicas designatione instituta f. 53. a. omnes perquam accuratas, cui addi potest illa Kircheri mundi subterranei IV. sect. II.

ad pag. 38. ut magnes declinare videatur ] Cum his contendes magnetismum globorum astralium Notoboreâ directione, ab offatura Terræ apud Kircherum lib. II. mundi subterranean. XVII. quam ad Vitruvij mentem non ineptè *mundi pervolitantiam circa terram* quis appellârit lib. IX. c. VII.

ad pag. 38. Pitatus ] & Argolus ex antiquitate, annum etiam, Æolum iccirco dictum ostendit, quod IV. ventis primariis tanquam cancellis determinatus sit, & palmam, quod singulis Lunæ exortibus unam producat Bain, ita ut anni fine XII. fiant. Bain autem mensem demonstrare cum singulis diebus balano in spatha adcreſcente. Arabes ידן vocant, & יבוא *racemus* sive *botrus dactylorum* dicitur & דקק *dactyli* sunt *aliis subnati*. Apud Græcos tamen Βαία τῶν Φοινίκων Jo. XII. 13. κλάδοι sunt Matth. XX. 8. Æthiopi paraphrastæ termites: תמרת חמרה *folia* & pleonasticè *rami palmae*. EbnAzalkefato: אגואואן & שעה אלנוכל Fœcundior autem añus EbnRajelo habetur, qui præsidem aut dominum habet Venerem, sic enim interpres non malè præstantiori genere reddidit, & Georgius Alexandrinus in Lexico Geoponico sive rei rusticæ ex X. Columellæ hortorum habet: *Calenda ♀. Calenda Aprilis*: hanc ipsam ob causam germinationis, & renovationis anni totius. Martianus Capella lib. I. de nupt. philologiæ

eleganter: *Tunc verò conspiceres totius mundi gaudia convenire, nam & tellus floribus luminat, quippe veris Deum conspexerat subvolare Mercurium.* Remigius Monachus, addit: *ipse fertur præesse seminibus maris & terra, & ipse est dictus Favonius:* quæ omnia cum Saadi descriptione verna pulchrè consentiunt: *Vernalem faciem terra cæteris formosiores, vocat B. Augustinus VII. Civit. Deic. XXV. & Plinio II. 42. Mercurius Atlantis nepos, ex Maja genitus, idem qui Zephyrus flat ab occasu æquinoctiali verinchoans. Ver aperit navigantibus maria, cujus in principio Favonij hibernum molliunt cælum.* *Ἰαπύξ, Zephyrus Hier. Aleandro in Tabula Heliaca marmorea Corus vel Caurus in glossis, ablatâ bieme vernam inducens serenitatem detergit nubila cælo, quod voto albo Horatius tribuit, apud Plinium quoque XII. 34. Favonius in plantas adflatu nutricium exercens.* In veteri gemâ apud Pompejum Pasqualinum Mercurius γ. insidens, & pabulum præbens, signum cœleste ver figurans, quod etiam serpentes in caduceo significant, propter venerationem quam abjicere solent apud Aristot. V. hist. anim. 17. In marmore etiam antiquo Sol geminâ face instructus, ex altera parte Mercurius cum caduceo & cornucopiæ innovatio anni, in medio puer hirco i. e. Baccho insidens, cum inscriptione: **BONÆ SPEI AUG. vot. PP. Trib.** quod Aleander doctissimus ad capricornum Augusti referendum putabat, de quo supra dictum. Apud Plutarchum verò in lib. de vit. X. Rhetorum γ. adsistens Mercurio in sepulcro Isocratis, facundiæ largitor, & mensa, quâ Gorgias inter Poëtas consistens astronomicam sphæram inspectabat: quo sensu non minus, quam Naturali apud Gyraldum Syntagm. de Diis, Hermes Criophorus apud Tanagræos commemoratur: & in Lucernâ Aldrovandina γ. Cleopatram corona insignem, & faculam sinistra gerentem vehit, nostrâ opinione, Isis nomine Osyridis



ridis conjux, cujus habitu olim Alexandria Antonius Cos. Rom. (idem enim qui Liber est, & Mercurius, & Sol) cursu vectus: apud Licetum lib. III. c. XI. Certè cum nemo vet. dissentiat  $\gamma$ . Soli tribui, & Solem eundem, quem Mercurium esse; mirum videri queat Albertum Durerum in iconibus suis Planetarum perquam egregiis Saturno tamen  $\gamma$ . appinxisse cIo Io XXXIII. nisi quod satis constet pictoribus & chalcographis communi antiquitatis ignorantia plerumque quidlibet audendi potestatem sumi.

ad pag. 38. XI. Martij ] Ita in Calendario perpetuo Herm. Vitkindi de sphaera mundi,  $\odot$  in  $\gamma$ . 5. Nov. Mart. d. XI. Ita & Regiomontanus in Calendario suo, sed cum centrum solare tum temporis non fuerit sub interfectione æquatoris cum ecliptica octavi cœli, quæstionem dubiam solvere conatus est Jo. Eslerus Speculi Astrologici c. IIX. apologetico. §. 8. cujus rei intellectum accuratum ad oculum exhibent figuræ quas Christianus Urstisius in quæst. novis p. 132. & 247. delineavit, schematismum ostendentes motus sectionum eclipticæ vagæ & æquatoris: & utriusque Synodi qualem etiam apud Purbachium invenies, qui Theoriam sphaeræ octavæ secundum Thebitum Ebn Corra recensens, eclipticam duplicem aderebat, fixam in nona, & mobilem in octava, ut capita  $\gamma$ . &  $\omega$ . mobilis circumferantur in duobus circellis, quorum poli sint ipsa capita  $\gamma$ . &  $\omega$ . eclipticæ fixæ, & arcus eclipticæ fixæ inter polos horum parvorum circulorum & circumferentias suas gradus habeant, min. 18. sec. 43. quæ tamen omnia quia versione tantum semibarbarâ, nullaque textus Arabici authentici fide nituntur, minus certa putamus. Cum utique paucissimi excusum id opus viderint, ne quidem versionem inspicere proclive est, ut citata conferri possent, distractis jam ubique omnibus exemplaribus, ut sanè optan-

dum videatur, si ab Astronomiæ pariter & LL. orientalium perito cum MSS.<sup>is</sup> compararetur aut etiam denuò traduceretur. Tale autem habetur in Bibliotheca Serenissimi M. Ducis Florentiæ in quo quadripartitum Ptolemæi charact. Africano, & IV. dissertationes in Judicia ejusdem, traductum ab Honaino EbnIshaco, & correctum à Thabito EbnCorraho Haronenfi sive Carrano Mesopotamico.

ad pag. 39. Ammonem ] Ita Ovidius in metamorphosi sua cum Typhonem cœlites mentitis figuris fugientes describeret:

*Duxq; gregis, dixit, sit Juppiter unde recurvis  
Nunc quoque formatus Libys est cum cornibus Ammon.*

Masculum scilicet & efficax signum, tanquam fontem caloris in universo, quem AbenNephtus in hieroglyphicis arietis figura representari adserit, in MS.<sup>o</sup> Arabico

ידלון אלכר בעאלם כאנו יצרא אלחמלו

Sidera enim ignea, & intelligentias sideribus conclusas statuebat etiam Zorodashtus, ex Persarum sententia, quem, vulgo Zoroastrem vocant, & Pseudo Hermes Ægyptius, de DEO, PseudoChristianus Platonizans: *Εαυτὸν ὁ παλιῆς ἤεπα-σεν ἔδ' ἐν ἐῆ δωάμει νοερά κλειῶσον ἴδιον πῶρ: i. e. Subduxit se ab reliquis, neque in sua potentia notionali ignem suum inclusit.* Hic autem calor arietis cœlestis sub æquinoctium vernum inprimis manifestus cernitur, repullulantibus plantis, quod Ripa in Iconologia sua satis pulchrè expressit, juvenem pingens sub altero brachiorum arietem tenens, Zonâ astriferâ cinctum, altera autem manu corollam ex floribus, & quasillum asparagis lupulisque refertum. Nec aliter Aristoteles problem. XXVI. de orbibus, quos mentes cœlestes movere putabat, *ἕκαστον τῶν ἀστρον ὁμοῦχῆς ἐστὶ τῶ κύκλω καὶ ὁ φέρεται. Singula astra parvis celeritatis sunt cum orbe, secundum quem feruntur.* i. e. æthereo igneo, ejusdem efficaciam. ad



ad pag. 39. arietinis cornibus ] Nec aliud quid sibi velle num-  
 mum argenteum Cretenſium verosimile videtur, in cujus  
 una parte apis ſimulacrum ſpectatur, in altera autem caput  
 cornutum animalis, quod Fulvius Urſinus talium cæteroquin  
 ſcientiſſimus, incertum vocat, cum literis ΕΛΥΡΙΩΝ, qui  
 populi ſunt Cretæ adnot. in Columell. p. 179. Quis enim  
 Jovem Αἴμονem, & meliphyllōs, apesque Creticas, & Idæas  
 ignorat?

ad pag. 40. Æquinoctium ] Quin etiam pharmacum dare tem-  
 pore æquinoctij utriusque intutum Hippocrati lib. 4. aër. aq.  
 & loc. §. XXX. 6. Φυλάσσεισθαι χρη̄ μάλις τὰς μετεβολὰς  
 τῶν ὥρεων τὰς μεγίστας, μήτε φάρμακον δίδοναι ἐκόντα. καὶ  
 ἐπικινδυνώταται ἤλις Ἰσραπαὶ ἀμφοτέρω καὶ μάλλον θερμαίναι. καὶ  
 ἰσημερμαίναι νομιζόμεναί εἶναι ἀμφοτέρω. μάλλον δὲ αἱ μελο-  
 πωρμαίναι. *Maximè observare oportet magnas temporum mutationes,  
 ne medicinas in illis lubenter exhibeamus. Periculosissima autem sunt  
 ambo solstitia, maximè verò æstiva. Periculosum etiam æquinoctium  
 utrumque, magis verò autūmnale.* At quod Hippocratis nomi-  
 me anonymus hypobolimæus à vergiliarum occasu ad hie-  
 male solstitium dies undequinquaginta h. e. à XII. Novem-  
 bris ad finem Decembris numeret, quibus pituita augeatur,  
 ab hiemali autem solstitio ad vernale æquinoctium dies qua-  
 tuor & octoginta, à prima videlicet Januarij ad quintum su-  
 pra vigesimum Martij: à vernali autem æquinoctio ad Ver-  
 giliarum ortum dies undequinquaginta, scilicet à XXV.  
 Martij ad XIII. Martij, parvi momenti videtur, nec satis sana  
 verba apparent, (cùm ad XIII. Maji scribendum fuerit) quæ  
 Latina tantum exstant, ad auctoris III. de victus ratione men-  
 tem qui ideò nec Hippocrates esse potuit Perdiccâ multum  
 antiquior, ex Arabico forsân desumpta in epistola ad Perdic-  
 cam Regem Macedonum de structura hominis scripta, sup-  
 posi-

positicia, quam quia Græcam nec doctissimus Lindenus vidit, vellemus nec reliquis Hippocratis operibus inseruisset. Eadem tamen ferè habet etiam Diocles in epistola ad Antigonom Regem, quam Henricus Stephanus c. 100. libri II. inter Pauli Æginetæ opera edidit, in Græca tamen Aldina non habetur: nos cum Psello, & Sim. Sethi aliquando ex MS.º B.º nostræ Augustanæ etiam Græcam producemus. Eodem autem modo Galenus Com. I. in I. Epidem. & Com. in III. de humoribus, añum dividit, idemque æquinoctiorum spatium ad ortum & occasum siderum determinat, quod olim cum DEO eadem opera examinabimus. Habentur etiam apud Jo. Ganivetum, in libello, quem amicam Medicorum inscripsit, tabulæ siderum lucidorum & nebulosorum in XII. signis Zodiaci, & mansionum Lunæ ad octavam & nonam spheram, quæ omnia ad medicinam faciendam satis commodè refert, quamvis eum doctissimus Argolus hac in re longissimè superarit, & nos etiam plura exempla curationum ad præcepta Astronomiæ exacta cum DEO dabimus in ephemeridibus sive specimine curationum nostrarum. At astronomia illa, quam Hippocratis vocat, suppositicia, Pseudo-Hermetis est, ex Arabica in Græcam Linguam traducta, & à Jo. Stadio, Joach. Camerario, & Davide Hoeschelio edita, quæ non omninò contemnenda nec vana nobis sapius deprehensa, medicationibus & agriculturæ commodissima.

ad pag. 42. incognitas vocat] Quin etiam ulterius à Nova Guinea incipi posset, cujus promontoria 4. tantum gradibus ab æquatoris extremo in occidente distant, si in altero hemisphærio ab Oriente initium fiat ab Ambuna & Lanchialo quæ totidem gradibus distant: ita ut medium promontorium constituatur viride sive Evelpidos, quemadmodum in schematismo pulcherrimo Rainoldi Mercatoris & Hieronymi



Porri videri potest, ex majori Gerardi Mercatoris delineato, quem sua quoque mappâ imitatus est Guil. Blaeuvius.

ad pag. 44. Maginus ] Conferri poterit figura apud Athan. Kircherum, qua meridiani designati, qui æstus marini, sive decrementa & incrementa fluxus ac refluxus ostendunt Varios lib. III. mundi subterr. sect. III. c. I. propof. III.

ad pag. 44. Meridiani ] auctor sententiarum philosophorum, Arabum, *Climata circulos minores linea æquationis paralleli in superficie terra, vocat*

אלדואר אלצגאר אלמתואזית וכט אלשחורא עלי רגה אלארר

Rem ipsam, ut dixi, perquam eleganter in Ptolemæi typo spectandam exhibet Anton. Maginus XX. parallelis depictis, singulis V. gradus cis æquatorem comprehendentibus, quibus totidem antiparalleli ultra eundem respondent, meridianis etiam ad horas discriminatis XXV. quarum differentia adscriptæ, ita ut singulæ 5. gradus obtineant, & parallelas interfecent. In Isagoge quoque Geographiæ Jo. Voegelin apud nos MS.ª c. X. quâ de parallelis & meridianis tabulæ Geographicæ accommodandis, tabula Amirucij commemoratur de proportione parallelorum ad æquinoctium, cujus utilitates 5. recenset, *proportionem paralleli ad circulum majorem reperire: arcum datum ex parallelo vertere in gradus circuli majoris: gradus paralleli convertere in stadia: stadia sub parallelo dato in gradus reducere: investigare, quot stadia unæ gradui, ejusq. paralleli respondeant*, quæ omnia ad parallelum maximè Rhodium dictum exemplis firmanur, & illustrantur. In tabula præterea universali Geographica perquam eleganter Guil. Blaeuvij Cornelio Petri Hooftio dicata propter figuram terræ sphericam situs propè polos tam borealem, quam australem, à quinquagesimo parallelo particulatim circellis

conclusus depingitur, multum tamen obscuritatis habet in verbis, quia meridiani ab utroque deducti tantum XXXVI. numerantur, quorum singuli 10. gradus continent, ita ut in universum sint gradus 360. quot scilicet sunt in omni alio circulo, paralleli autem 10. graduum cis æquatorem VII. habentur, & totidem graduum ultra eundem septem alij, quæ utrinque Climata IX. continent, ex quibus tria superiora à Cathaja tres gradus continent, quartum  $3\frac{1}{2}$ . quintum  $4\frac{1}{2}$ . sextum  $5\frac{1}{2}$ . septimum 6. octavum 7. nonum 8. Ulterius autem eodem modo ab Insula Timor IX. reliqua descendunt. At Ludovicus Colonius in Cosmographiæ suæ Gallicæ lib. I. tom. II. c. III. meridianum primum ducebat per Insulam S. Michaëlis, alterum per Ins. S. Mariæ, tertium per Ins. Corvi & Floris, & sic deinceps, quæ quia parum referunt, cuius libera relinquenda.

ad pag. 44. obscuras rationes habent ] Sinenses certè Yui Imperatoris invento aliarum nationum terrarumque planè incuriosi, Zodiacum in XXIIIX. partes sive constellationes dividere solent, & singulis deinde constellationibus singulas terras sive regni sui provincias, tanquam dominatrici- bus subjiciunt. Constellationum autem Sinicarum & mansionum Lunæ collationem dedit amplissimus Müllerus in hebdom. Sin. p. 46. quem ideò consulere licebit, ut hac quoque de re aliquid conjectari possit. Addebat enim pag. 47. planetas constellationibus in Sinarum Calendariis adeò sollemniter coadunari, ut nunquam divellantur, nec diem intercalarem interferant, quod apud nos fit anno quovis bissexto, Februario mense: mutando literam Dominicalem: quæ clarius etiam de XXIIIX. constellationibus & propriis characteribus apparent ex epistolis PP. Soc. Jesu ad Cl. Aquavivam c. 10 c. X. scriptis & Antverpiæ excusis. Hanc autem

Sinens-



Sinensium rationem si Europæi æmulari vellent exclusis reliquis mundi plagis, Asia, Africa, & America, & vicissim si Africani, aut Americani, præteritis Asiaticis & Europæis regionibus, sua tantum regna tot constellationibus, quot illorum numerant, in Zodiaco parili divisione distincto, subjicerent, nulla tamen rerum Naturæ aut experientiæ congruens observatio aut efficacia nobis appareret, peritioribus iccirco meritò contemnenda.

ad pag. 45. Gaffarellus ] parum ab ista scriptura cœlesti Angelicam Turneisseri distare putabat Thom. Bangius in Cœlo suo Orientali, Exerc. II. quæst. II X. כתאכ מלאכרים dictam in Onomastico Hermenevtico Berolini año c1o 1o LXXXIII. edito: quod licet vanitate non careat, nostræ tamen sententiæ satis conveniens videtur, quod ei simillimum Albonis Arabis volumen nominet ex Jo. Leonis Africa: *Ellymahemoramitb*: inscriptum, quo constellationes Arabicis literis designatæ sint Eremitarum divinationibus commodæ. p. 199. nec enim hæ aliæ, quam quadratæ nostræ reticulares & antiquissimæ apparent, quamvis cur nos de auctoris pariter librique nomine corrupto dubitemus, nemo mirari debeat, qui sciat Floriani versionem Latinam haut parum deterio-rem Italica esse, & neutram autographo Arabico sive Africano respondere, quod Romæ in Vaticana à Leonis X. Pontificis tempore servari fertur, nec enim nos ipsos illic vidisse meminimus, cujus tamen Leo ad Leonem Pont. ipse in operis nuncupatione meminit. Sed nec Tetractys illa Pythagorica, quam Bangius ibidem protulit, aliud quidquam, ac vanitates Muhammedanæ plebis arguit, geomantiæ aut etiam aliis Magiæ infamis generibus aptandas, constans ex numeris, literis, elementis Geometricis, sub quibus reposita etiam elementa, agathangeli, spiritus, anni tempora, portæ cœli,

partes mundi, angeli præsidēs, flumina Paradisi, venti principes, & spiritus præsidēs. p. 194. Nec multum ab his differunt etiam Sphragides illæ Talismanicæ quarum Jos. Scaliger miminit lib. II. epist. CLXXX. ex MS.º ut vulgò vocant, Aali, sed rectius AbuJaafari Comm. in Carpum Ptolemæi, Hebraico i. e. ex Arabica L. traducto, & annuli physici dicti quorum mentio notis in Manilium. Nec aliis quam vanissimis deliriis adnumerandi etiam Characteres & sigilla Spirituum Corn. Agrippæ lib. III. c. XXIX. unâ cum Geomantia stellata, cujus ideam thematis Genethliaci figura domiciliis planetarum & signis cœlestibus Zodiaci admensus ibidem proposuit, ne quid de tabulis calculationum planetariis spirituum addamus, omnibus improbandis & despuendis. Quæ idè unâ cum reliqua superstitione & impietate Astrologica omni prohibita intelligitur Constitutione Sixti V. Pontif. Rom. cIo Io LXX XVI. nostroque tempore etiam Urbani IX. imò verbo dicam, Theologorum omnium cujuscunque ordinis, consensu. Nec tamen prohibet quidquam, quin vera sit sententia Thomæ Campanellæ in libro de Magia apud nos Italicè MS.º c. XIII. nullam scientiam ex omnibus aliis minus subjectam dæmonii esse quam Astronomiam, quia illorum artibus fieri non possit, ut stellarum vel minima situm, aut Naturam, aut ordinem suum mutet, neque ut Cometæ generentur, aut non generentur, neque ut dodecatemoria permutentur, v. g. ut signum ♄. fiat ♃. & sic deinceps, laudata iccirco plurimum à S. Isidoro. Nam quod B. Hieronymus in prologo SS. Bibliorum eam inter facilissimas retulerit, quem sequutus sit Thom. de Aquino II. de gen. & corr. non de sincera scientia, sed impurata capiendum videtur.

ad pag. 45. scribi digna erat ] Planetæ Seprizonij præsidēs, quibus



bus superior Zodiacus apud Theon Alexandrinum ζῳδιακὸς κύκλος ἀνώτερος πάντων. Et Petro Alexandrino in Ifagoge Apotelesmatica MS. apud Barnabam Briffonium: ὁ 18 ἐπιταζώνων στοιχειωματικὸς λόγος: quamvis Proclus in Timæum Platonis lib. IV. sex tantum Zonas numeret, mediam tamen interjiciens Solis septimam, sive ignis πέντεβδομον ἢ ἑξ μεσοβολήσαντα πῦρ. Et hi apud Michael. Pfellum de oraculis Chald. Dij ζωῶται dicti, quia cæteri ἄζωνοι in ipso firmamento, & inter fixas constellationes, aut in Zodiaco, ex mente Sallustij, de qua supra p. 39. Ad ἀπορρητικὴν ἢ γενεθλίαν λογικὴν referebat doctissimus Wouverius polymath. & c. X XII. ubi Appuleji verba in Floridis: *Sideralis scientia, numinum vagantium status, ambitus, utrorumq; varios effectus in genituris hominum ostendens.* Non minus enim hæc proba lectice esse queat, quam quod ex veteri MS. substituit: *Luminum vagantium status ambitus.* Certè quæ Postellus etiam de genis mundi differebat, quos trigonis elementaribus, & Zodiaci signis adstitebat, parum ab Diis illis paganorum differunt, quos Christianis exhibendos Salmasius ostendit: hos autem regnis præfectos somniabat Sacrum & Syriacum ad γ. referens, triplicitate ignea. Atlanticum sive Mossochiam ad τ. Scythicum sive Umehanicum, & Thracicum, Ismaëliticum, sive Turcicum, aut Thogormaicum, splendidissimum. Jonicum sive Javanicum doctissimum, & sic deinceps, quas nugas meras vel recensere tædet. Nec multum distat, quæ I. hom. Campanella libello de Magia apud nos Italicè MS.º habet cap. XIX. his verbis: *La più grande action magica dell' huomo è dar legge à gli buomini, sotto il triangulo d' γ. son le monarchie & leggi giuste & profeti veraci, è gli Europei. Sotto quel di δ. le republiche, leggi variabili, & mutamenti assai per la D. Sotto li π leggi sacerdotali & ceremoniosi, assai parte macolate di superstitione, & mercatura & arti mecha.*

*mechaniche. Sotto ☿. heresia, leggi variabili, difese con armi, distruzione de' primi principati violenti, dominio di femine, invention di cose di fuoco, le congiuntioni in questi trigoni durano 200. anni, & ogni tanto tempo mutano, si finiscono tutte in 800. & significano gran novità. h. e. ut Latinè vertamus: Præcipua actionum Magicarum, quam homo perfecit, est dare leges aliis. Sub triangulo ♃. sunt monarchiæ & leges justæ, Prophetæ veraces, & gentes Europææ. Sub tauro Respublicæ & leges variabiles, atque mutationes plures propter Lunam. Sub geminis Leges sacerdotales & cerimoniales, maximam partem superstitionibus maculatæ, mercatura & artes mechanicæ. Sub ☽. hæreses, leges mutabiles, armorum defensiones, destructiones primorum principatum violentæ, feminarum dominationes, inventiones artificiorum pyrobolicorum. Coniunctiones in hisce trigonis 200. annos durant, & tanto temporis spatio mutantur, omnesque finiunt in annis 800. res novas plurimas significantes. Quæ omnia incerta & dubia adnotationibus nostris aliquando ostendere cogitamus, si scriptum proferre libuerit, quod luce non indignum iudicamus. Quemadmodum etiam quod addit: *Quelle che si fanno nelle 4. cardini, ♃. ☽. ♃. & ♃. han più forza per 3. mesi, & le altre seguono la forma loro. i. e. Quæ accidunt in 4. cardinibus, ♃. ☽. ♃. & ♃. fortiores sunt per trimestre integrum, reliquæ autem sequuntur formam propriam.**

ad pag. 46. ut puto Alexandrino ] conjectura enim est tantum nostra, quia cum cæteris quin omnes ferè obelisci à Kircherò investigati fuerint, hunc tamen illius notitiam fugisse putamus, quod ejusmodi monumenta olim longè plura Alexandriæ exstiterint, quàm hodiè exstant, & olim jam plura quoque in Græciam & aliorsum avecta fuerint, quorum pars plurima dispersit. Ita Philargyrus apud Virgilium Pellæos



Canopos exponēbat Alexandrinos, quia Pella Urbs Macedoniæ præcipua, à Macedonibus autem Alexandria condita sit. Alexandrinis autem mercatura jam olim frequentissima, nec minor, quam hodiè est, pretiosis pariter, & vulgatissimis mercibus, quibus interdum & curiosas ejusmodi fuisse ac publicas, verosimile putamus, nec nobis proclive est edicere, apud quem Julius Romanus istum visum depinxit: Nec ubi hodiè lateat: cùm fieri potuerit, ut ipse eversâ Græcia perierit, picturâ tantum superstite antiquiori, quam Julius' sua deinde manu imitatus est.

ad pag. 46. tempore æquinoctij verni ] hoc ita intelligendum, quomodo supra pag. 24. memoratum, de Sinensibus & Indis, quibus auctumnus, cùm nobis ver est, æstate torâ pluit, & in Ægypto quoque fructus cùm ☉ in extremo ♀ & initio ♀. est maturescunt. Hinc autem anni ratio convertenda: quem olim à ☉ in ♀. inchoabant. Et heic loci, quia nunquam pluit, ros tamen quotidie cadens pluviarum vicem sustinet. Claudianus epigramm de Nilo, egregie:

*Quoque die Titana canis flagrantior armat  
Et rapit humores madidos venasq; calore  
Compscit, radiisq; potentibus æstuat axis,  
Nilo bruma venit. Contraria tempora mundo.*

ad pag. 47. Victorino ] Conferri possunt quæ Beda habet in libro de æquinoctio vernali, qua de Synodo Palæstina: repetito in Conciliorum tomo I. à Margarino Bignæo edito: & quæ de Calendario Julio-Constantino, paschatis ratione, & Concilij Niceni causa dislerit Jo. Frid. Treiberus Introd. in Chronolog. cap. III. De Victore autem videatur Eusebius lib. V. c. XXIII. Vulgati versiculi sic habent:

*Post Martis Nonas ubi sit nova Luna requires  
Bis septem numerato dies, ut Pascha sequatur.*

Id observavit etiam quisquis auctor est semibarbarus, non tamen contemnendus, computi, ut vocant, Nürembergici clo CCCC XCIX. Lipsiæ à Jac. Tannero Herbipolensi editi: Pascha à nobis celebrandum ostendens tempore oppositionis lunæ, quo Solis eclipsis nulla fieri queat, ut quæ per Naturam non nisi in conjunctione contingat, ne illam, quæ tempore passionis Christi Domini accidit, Judæi blasphemantes Naturalem dicere possint. Hinc enim festi diversitas sive inæqualitas exurgit, ut aliquando ab æquinotio longius recedat, aliquando tamen, sed rarius præcedat, nunquam ferè coincidat. Quod verò in historia Christi, quam Hieron. Xaverius Persicè scripsit, Festum Paschatis celebratum dicatur mense Phervardin, XIV. mensis lunaris (qui partim Martio partim Aprili respondet, ut Hebræorum Nisan) Lud. de Dieu errorem adnotarit, quia rectius XV. id factum sit, cum XIV. parasceve habeatur, non adeò multum referre poterit. Hebræi enim aliter diei initia cæpiebant, quam Persæ, de quo videri potest Olugbegus loco supra c. etsi verè Naturalem, Solis diurno circuitu per utrumque hemisphærium revoluto *civilem* appellet, Græcorum  $\nu\chi$  ἡμέρας, Persis  $\text{שבתא רבי}$  dictum, à medio die ad medium diem dimetiens. Charajos enim & Iguenses à media nocte ad mediam noctem designare docet, Arabas à principio noctis ad principium noctis, alios ab initio diei, ad initium alterius diei. Aali Cushkensis habet interprete Jo. Gravio: *Dies Naturalis apud Astronomos Persas & Græcos est ab ortu centri Solis ad occasum ejus: apud Muhammedanos ab exortu veræ auroræ, usque ad completum occasum corporis solaris.*  $\text{צדק צבך}$  vocat, quam Abu-Ismaël Tograi in carmine Lamico  $\text{אל צבך}$  nominat, i. e. non primam statim, ut sic dicere liceat, crepuscularem & obscuram, sed manifestiorem, & crepusculo matutino statim succeden-



cedentem, cum Sol jam clarius exsplendescere incipit. Cum enim non horis, sed Solis decursu ipso & præconum vociferationibus, aut cantillationibus diem distinguant, ipsas etiam diei partes scrupulosius discernere solent, de quibus nonnulla dixi in histor. mea literaria Turcarum, quæ epigrammata quædam Halebensia proculi, à Petro Ebn Diabi olim accepta, & Latinis versibus ex Arabicis à me reddita. Habes autem Tabulas paschales antiquas pariter & novas reformatas in Calendario Gregoriano perpetuo, Veneriis edito jussu ipsius Pontificis, cum bulla quam Cæs. Glorierius subscripsit, temporariam item festorum mobilium cum Cyclis solaribus & lunaribus, epactis & noviluniis, indictionibus quæ omnia in vulgus notissima. Conferre præterea poteris, quæ Jo. Henricus Voigtius in Calendario suo Leopoldino num. 20. & 21. de paschate adducit, plenilunium æquinoctiale post XXI. Martij denominans sæpius olim immutatum, primò à Theophilo Alexandrino, deinde Hilarij jussu à Victorino Gallo, & demum à Dionysio Exiguo, qui cyclum paschalem constituerit Novendecennalem, sive ut ipse horridiusculè vocabat Decemnovalem : quæ sanè omnia nostræ sententiæ nil obstant, qui incerta & imperfecta hæc omnia suspicati sumus.

ad pag. 47. Tekuphæ ] Conf. Catalogum Sebast. Tengenagelij librorum Orientalium, qui nunc in Bibliotheca Augustissima Vindobonensi, Comm. I. Jllustris Lambecij: quo habetur etiam periodus Astronomica R. Hillelis Hanafi, qui circa annum Christi CCC XLIV. floruit, cujus primus annus respondet año periodi Julianæ Io CCCC LIII. MS.<sup>m</sup> inscribitur מכתרות סלמון sive compositiones R. Salomonis: concinnatæ ex Saadiæ, Jehudæ Chiug, & Jonæ Ben Gana glossariis Arabicis: Liber rarus & pretiosus.

ad pag. 48. Apud Curtium ] pari propemodum instituto Sinenses Zodiacum ipsum dividunt in gradus 365. & minuta 25. quod hic Solis motus annuus per signa XII. existat. Minuta autem Sinensia 101. faciunt gradum j. & 25. Sinensia sunt nostratia 15. monente viro amplissimo Andr. Müllero Præposito Berolinensi, in hebdom. Sin. adeoque 25. gradibus 365. addita, si ad dies computentur, cum gradus j. sit dies j. facient quartam diei partem i. e. horas vj. & minutia illæ superstites minuti unius, quod in alia minutiora dividi oportuisset, nullius momenti ipsis visæ apparent, quod inter Romanos etiam Censorinum, & plurimos inter recentiores fecisse supra diximus. Nam quod Ferdin. Mendesium Pintus in Itinerario suo Pequini portas 360. ad numerum dierum pleni anni p. 199. commemorârit, nugas advertit meras idem Cl. Müllerus non plures portas illic adserens, quam menses sint in anno i. e. XII. Sinensibus enim dies 365. numerari. Sed nos putamus Pintum non malo animo, quod ab aliis acceperat, non rectè percepisse, & cum annum ad Zodiacum, sive Solis cursum per illius signa exigi audivisset, non tam ad dies, quam circuli cujusvis gradus 360. retulisse, in quos ab Astronomis dividitur, parum advertens Sinenses Zodiacum non in 360. sed 365. suo modo dispertiri consuevisse, non tam ad leges quascunque Mathematicum, quam ad cursum Solis, ut diximus, qui non tot cæteroquin gradibus, sed diebus absolvitur.

ad pag. 50. P. Adamus Schallus ] quem tamen haut ita pridem mortalitatem exuisse accepimus, ut nunc ab ejus obitu Socios laborum, id præstituros speremus, imprimis si inter Magnates etiam Augustissimi Cæs. Leopoldi gratia accesserit, cui propterea P. Intorcetta, Siculus, tam præclara monumenta Sinensium humillimè offerebat.



ad pag. 51. quæ de epocha Chataja ] Exemplum egregium dedit Cl. Golius in additamento Atlantis Martiniani, quo Calendarij Sinensis meminit, ejusq; fundamenta exponit, XII. horas Sinicas, X. cardines sive radices, cyclum añorum LX. Regis Hoangtij Sinicè & Chataicè scriptum, & XXIV. partes anni recensens, in quibus prima est elevatio veris *Lyun* dicta, quarta autem ejusdem pars *Shun Fumid* & dies XII. electionis appellantur, quod ex Nasiroddini ab se ex Oriente adlati mente, Martinijs relationibus firmat, cum Turcarum Calendario conferendum, quod ab æquinoctio verno anni Hejiræ 1036. i. e. anno Christi 1610 XXVII. CP. institutum editumq; adferit à Mogolo Sinis sive philosophis solitudinis, & Turcicis Tamgaji dictis. Conferre etiam licebit epistolas missionis Sinensis & Prosperi Intorcetta de rebus Sinensibus ad Augustissimum Cæsar. Leopoldum scriptas 1610 LXXV. quibus additamenta & detrimenta Astronomiæ apud Sinas c. 2. enumerantur, postremo reformatore ephemeridum Coxeukimo: Inde verò 1620 CC LXXXI. loca siderum cum processionibus æquinoctiorum notata anno XIX. Colibæ Tatari, initio anni factò in loco solstitij hiberni IX. gradu constellationis Ky dictæ, numerando juxta Zodiacum, quæ constellatio est stella tertiæ magnitudinis in ipso acumine sagittæ Chironis. Epochâ in ipsa radice sive hora solstitij hiberni positâ año autem integrorum graduum cum minutis 24. & secund. 25. Omissam autem monebant eccentricitatem, ut loquuntur, orbium, & motum augis Solis in solsticio æstivo immobilem relictum, calculumq; eclipsium solarium segniorem, unde errores plures subnati sint. Cœpta igitur reformatio à Siù Paulo, & P. Ad. Schallo p. 10. conscriptus liber X. punctorum, quibus errores emendati à PP. Jo. Terrentio, & Nicol. Longobardo: cor-

rectum Calendarium Sinense cyclo sexagenario ex XII. siccis horariis cum aliis X. lunationibus & respectibus ad Solem, quod à Regiis Mathematicis scriptum solum admittitur, Regi primum exhibendum, nec imitandum ab aliis, ad normam D. Ly Petri instructionis Calendarij cum Jac. Rho concinnatæ. p. 28. Hanc autem Calendarij instaurationem Imper. ipse epistola sua ad P. Schallum inter maxima totius imperij negotia recenset, quæ ipse post Astronomos Hy, & Hò, sub Yveu Cheo, Tatarorum imperio quam optimè expedierit. Is verò Chum Chiumus est, ultimus ex familia Chium, tum temporis rerum potitus, cui Calendarium formatum ab illo oblatum, etsi jam olim 76. frustra tentatum fuerit. c. 7. Hoc igitur Regionum Mathematicorum primum officium est, quibus iccirco singulari indultu titulus concessus inprimis præfidi, ut Hyûm Hûn Kûn Xy i. e. *arcanorum celestium Magistri* appellentur. Nec dubium ex historia Charaja quæ narrationem itineris continet in provincia illa peracti à Legatis Shah Ruchi Timuri Filij sive Tamerlanis anno Hejiræ 10 CCC XXIII. i. e. anno Christi 10000 XX. etiam de temporum anniq̄ue ratione aliquid memoratu dignum aliquando haberi posse, si Serenissimis M. Ducibus Etruriæ placuerit, ut in publicam lucem producat, in quorum Bibliotheca Palatina Florentiæ MS.<sup>a</sup> servatur, cum multis aliis de causis & quod plurima præclara nec satis dum cognita contineat verti atque excudi dignissimam testatis sit vir Illustrissimus Ant. Magliabechius, infinitis in Rempubl. literariam meritis planè incomparabilis & sæculo nostro major, æterna amoris veneratione eruditis omnibus prosequendus.

ad pag. 52. Nasiroddinus & Ulugbegus] Quibus addendus liber præstantissimus atque rarissimus Tedkiri nomine, in Bibliotheca Principe Serenissimi M. Etruriæ Ducis, quo plures  
Astro-



Astronomi continentur qui de sphæra cœlesti scripserunt Commentarios, ut Musa Celebensis sive Cadi Zada, Ahmedus Ferganensis, Muhammedus Ben Musa Chovarezmius, Abu Hufainus Ebn Eslofi Shirazensis, Abu Alufa Turgianensis Bagdadi, Bataniensis Rivæ in Mesopotamia scripta ab Abu Jaafaro Elchazoro in urbe Reya, observationum suarum socio Abulfasalo Haruno, Nasiroddino Tufæo, in civitate Maraga, Ukugbego in Samarcanda, Muhammedo item Ebn Isaaco, Hazemio, Abu Rihano, & Abul Aabbaso, ubi etiam mentio Canonum Theonis Alexandrini, Aristarchi, & Cleopatæ Ægyptiæ, cum expositione Theonis quod nostram sententiam, Hecatost. I. Obs. LXII. de Reginæ illius præstantia ad Lipsij mentem etiam in Astrorum scientia, mirificè firmare potest, quando sanè hæc omnia jam apud Græcos deperdita, ab Arabibus autem traducta & temporum edacitati prærepta, omnibus experenda, si aliquando Serenissimorum Principum benignitas in lucem producere clementer concesserit. Sed & tabulas Nasiroddini Persicas quarum sæpius jam mentio facta in Bibliotheca eadem Serenissimi M. Ducis Etruriæ servari retulit vir Perillustris Anton. Magliabechius, cui ipse in præfatione socios observationum ab Hulaghu Chano Regis Persiæ Mangu Chani fratre sibi datos narrat Fachroddinum, Maraliensem sive Mosalensem, Muidoddinum Urzensem sive Damascenum, Fachroddinum alterum Achlatensem sive Teflisensem, & Nejmoddinum Casbinensem, ut conjunctis operis in urbe Maraga opus perficerent, instrumentis necessariis ad id fabrefactis, librisque etiam omnibus, qui aliquid opis ferre poterant Bagdado, Damasco, Mosulo, & Chorasana ingenti numero apportatis. Easque observationes tandem finitas scribit regnante à Manghu Chani & Coblai Chani obitu, Abaka Chano principe justissimo legislatore, cui etiam

inſcriptæ & oblatae fuerunt: comprehendentes *Æras* diverſas, Cathajam ſcilicet Tatarorum, Græcam Alexandri Magni Hejiram Arabum, Jezdejrdicam Perſarum, & novam Sultanicam Melicæam ſive Jelalæam: ſecundo autem libro cognitionem exponentes ſtellarum earumque theoricam univerſam, locum ſcilicet earundem, longitudinem & latitudinem, tertio denique ſcientiam temporum, cum motibus illorum, & adſenſionibus atque deſcenſionibus, quarum omnium compendium ex Perſica L. in Arabicam traduxit David Muſalenſis. Eſt etiam in eadem Bibliotheca Sereniſſimi M. Ducis Liber de epochis ſingularis, de annis & judiciis eorundem auctore Sheicho Ibrahimo Ebn Haſeno Ebn Aali Feloſhenſi, cognomento Elkatebi ſive ſcribæ celebri.

ad pag. 52. Abib ] & hic quidem annus illorum Eccleſiaſticus in memoriam exitus ex *Ægypto* erat, verno tempore. Politicus enim Calendis *Tiſri*, ad autumnum pertinet, de quo Jo. Buxtorſius perdoctè in *Synag. Jud. c. XVII. & c. XXIV.* Annum gratiæ vocat Guil. Poſtellus Aprili inchoandum *Cosmograph. p. 127.* ab æquinoctio, *DEI* ipſius juffu, quod idè *אֲשׁוּרָא* dictum. Alter enim ejusdem à *Januario* noſtro, quem annum *Naturæ* vocat, *Noachicum*, & *Melchisedekianum*, & *Jovis*, quod *Jupiter Melchisedekus* ſit, nondum factis comprobatus videtur.

ad pag. 53. cum *Aldebora* ] *Eddeborân* quinque in 8. ſtellæ, *Hyades*, earumque fulgentior, quæ *Ain Etthûr*, oculus tauri dicitur, de quibus nonnulla ex occasione diximus in ſpecimine noſtro curationum Medicinalium propriarum.

ad pag. 54. *Lansbergius* ] Umbram terræ conoidem parabolicam in facie lunæ deficientis longè minorem habere ſectionem circulaarem quam oporteret ex calculo *Aſtronomico* penes *Lansbergium* notavit *Petrus Mengolus Mechanicus*



Bononiensis in delineatione majoris operis ad Illustriſſimum Magliabechium, à quo olim intelligere valdè cupimus quì terræ umbram vas Chymicum dicere potuerit, quod Sol circumquaque calefaciat, ſed non pervadat, ſed quod Lunæ & planetarum radij penetrent ab Oriente in occidentem diurno motu & intra tropicos annuo motu variabile, terræ incumbens ad Solis partes oppoſitas.

ad pag. 57. quam nescio cui Lilio ] Antonium Liliū Medicum vocat Gregorius ipſe XIII. in bulla ſua, ſed ſibi tantum obtuliſſe teſtatur emendationem Juliani Calendarij ab Aloyſio fratre ſuo conſcriptam, c. 10 10 LXXXII. quam Cæſ. Glorierius edidit, præcipuum autem auctorem Jac. Claviū laudavit Paulus Guldinus I. de Calend. p. 344. errores in Gregoriano plerique jam olim notârunt, & in compendio exhibuit Jo. Frid. Treiberus c. IV. Intermedium conſcribendum conſuluerunt non ab re Jacobus Ellrodus aliique plures, cujus fundamenta hæc fuerint: æquinocetiorum reſtitutio & reſtentio in ſede propria, innovatio cycli Solaris, & emendatio cycli Lunarſis, ſive potius omnimoda, ſubſtitutione cycli Epaſtarum, ejectione. Hanc tamen Erycius Puteanus c. XXIV. de nundinis eidem Gregorio adſcribit, quâ ratione tota in Calendario Juliano varietas nundinalium, & in Chriſtiano tota ſolarium collatur. Reliquas autem Calendariographorum ineptias patefecit Erardus Vveigelius Specul. temp. civil. part. II. c. 7. Quin etiam Trevvius in Aſtol. Med. unicum Calendarium absque prognosticis ſufficere poſſe toti Imperio Romano pertendebat, pro quo cum Auguſtiſſimus & glorioſiſſimus Imper. Stœfflero aliquot millia florenorum largitus eſſet, reliquos deinde fabulam imitatos ajebat aſini Æſopici, qui poſtquam catellum in gremio ludeatem cum domino ſuo conſpexiſſet, ipſe quoque calcibus herum tam blandè

blandè permulcere cœpit, quam ludi sunt apud fustitudines insulas. Nostro quoque etiam tempore, ab obitu Trevvij Jo. Henricus Voigtius Bremensis Astronomus Stadanus Calendarij specimen edidit cło Ioc LXX. quod Leopoldinum vocat, per XXXI. annos duraturum usque ad cło Ioccc. quia id Augustissimo Cæs. & totius Rom. Imperij statibus dedicavit, atque hoc tertium sive medium inter Julianum & Gregorianum appellat, toties jam ab omnibus desideratum. In quo tria hæc præcipua se præstiturum receperat: *Conciliationem anni civilis & solaris: Paschatis constitutionem ad DEI mandatum & Ecclesie ordinationem: & denique Modum executionis facilem.* De quo tamen aliorum sententias audire, quam nostram exponere hoc tempore fatius existimamus. Novas enim epactarum tabulas à Gregorianis inventas à Clavio & Ellrodio rejectas candidè commonebat.

ad pag. 59. aureus numerus vocatur ] Hunc noviluniorum in Calendario indicem ipsa novilunia anteverterunt ab illo sæculo totum quatrimum, quanto scil. prius eveniunt, quam eventura monstrat Cyclus Lunaris. Nam & iste *ἐπιεμακας δεκαεμεις* aliquanto longior est, quam oportet, Lunâ suam periodum ante absolvente, quam spatio XIX. annorum, unde errores in Paschatis aliorumque festorum mobilium celebratione, quorum supra mentio facta.

ad pag. 61. Alexandri Magni ] Æra Coptica, Tarich Elcopti, parum differens ab Alexandrina, quippe ab Ægyptiis accepta: Tarich Dsu 'l Kornain. Keuschanus Gilæus tamen epocham non Alexandri sed Philippî appellat, ad quam referendæ tabulæ Theonis Alexandrini, quæ Canones dicuntur ex Gr. L. traductæ in Arabicam, quæ Græcè tamen an hodiè existent vetustiores, dubium, nisi forsan ex Arabicis denuò Græcæ recentiores factæ.



ad pag. 61. Sothis ] Non quidem facile affirmaverim, verosimile tamen videtur, huic anno Ægyptio intelligendo in primis facere librum MS. illum in Bibliotheca Serenissimi M. Ducis Etruriæ quo agitur primum de ortu & ascendente caniculæ, de prognosticis desumptis ab locis Lunæ & ascendentibus constellationum sive signis Zodiaci. Nam quæ deinde adnexa leguntur de judiciis & prognosticis desumptis ab ipso Neuruz i. e. ingressu Solis in primum gradum  $\gamma$ : ad Persarum, Turcarum & Indorum potius consuetudinem pertinent: quorum omnium notitiam non alij quam sæpè jam laudatissimo Perillustri Magliabechio mecum orbis literarius se debere lubenter fateatur, gratoque animo agnoscat. De Sirio etiam hoc monendum, quod Abdias Trevvius in Astrologia sua Med. habet, culminare hunc circiter cum septimo gradu  $\zeta$ . quem X. diebus ferè sequitur procyon, idque tempore Hippocratis juxta præcessionem æquinotiorum subducto calculo in  $\pi$ . adeoque in medium Majum incidere. Ortum verò illius Cosmicum Alexandria, ubi Ptolemæus habitabat, fieri cum Nili exundatione in principio  $\varrho$ . cum nostri scilicet caniculares sunt. Subducta ideò præcessione ad Hippocratis tempora perveniri ad nostrum Junium i. e. solstitium æstivum, quo Nili exundatio ex Plinij sententia Nam quod id Salomon Schveiggerus Itiner. Turc. in Martio se observasse narrârit, ita conciliari posse, quòd Plinius de medio & maximo incremento, ille verò de incipiente loqui videatur. Nullum igitur commercium cani cum canicula esse, quia nimium longè absit ab ortu ejus Cosmico & culminatione.

ad pag. 62. dies 365. cum quadrante ] Ebn Vashiaaus in Filaha sive libro de agricultura Ægypti, Hermetem sive Edrisum 365. annos vixisse contestatus annos dierum fecisse ait, quot ipse vixerit: R. 371

וְהוּא בּוֹרְאֵן אֱלֹהֵי יִשְׂרָאֵל אֱלֹהֵי הַנּוֹרָא  
הוּא אֲדָרִישׁ אֵל

Prophetica scilicet præscientiâ instructus. Conferes autem Genes. V. 32. Edrisus enim Hanochus est, & Hermes Edrisus primus, quia posthunc alij plures Edrisi historiis memorati, quemadmodum & Hermæ sive Hermetes. Henochi autem successor Thoth apud Mor Isaacum in philosophia Syr. cujus discipuli Hermes *pansophus*, Asclepiades (*Hippocrate antiquior*) Vulcani F. *Medicus*, Osyris *Heros*, Arnebasenis *philosophus*, Asclepius alter *Poëta*, ex Pseudo Trismegisto recensentur, quem cur doctissimus Kircherus contra Casauboni censuram genuinum voluerit, nulla, ut liberius dicamus, causa apparet, eruditione illius maxima satis digna. In Bibliotheca quoque Serenissimi M. Ducis Etruriæ Codex MS. servatur Hermetis, qui primus dictus Orientalibus Hormus El Hormusa i.e. Hermes Hermetum cujus indicium, ut plurima talia, singulari benevolentia Illustrissimi Magliabechij debere me lubens merito profiteor.

ad pag. 63. arietis gladius] Apud Hesiodum quidem verba hæc

Ἀπόλλωνα χρυσόδοξα γείνατο λήϊον.

ad Heinsij mentem vertit Seldenus:

*Apollinem auri — ensem genuit Latona.*

Attamen ensis iste aureus nullum antiquitatis mysterium mythologicum inuere videtur, sed radiorum tantum penetrantiam & similitudinem coloris. Nimbium vocat Servius coronam radiorum, sive ἀκτινοβολίαν, quæ in marmore antiquo conspicua apud Aleandrum in Comm. in quo tamen cum numerus menses referre debeat, cur XI. tantum spectentur obscurum apparet. Sic enim Capella de Apolline:

- - - - - radisque sacratum  
Bissenis perbibent caput aurea lumina ferre  
Quod totidem menses, totidem quod conficis horas.

Et



**Et Virgilius de Rege Latino.**

*Quadrifugo vebitur curru, cui tempora circum  
Aurati bis sex radij fulgentia cingunt,  
Solis avi specimen* - - - - -

Ille sanè qui apud Artemidorum in Oniroticis Solem **Œ** XI. radiis illustrem somniabat, uno mense citius obiisse fertur, postquam honores adeptus est, quam plenus annus exisset. Quin multò obscurius quod Antonius Cos. Rom. LX. apud Jo. Angelum Caninium cælo Valetti in iconographia Romæ edita, exhibeatur Solis specie, cujus capiti arietis cornua, ut Ammoni & Alexandro Magno VII. tantum radij, appicti sunt: & apud eundem quoque p. 113. Lanigeri capitis media inter cornua præstans Marmaricis aries populis responsa canebat apud Silium Ital. III. tortis cornibus Ammon Lucano lib. IX. Sol in Carneolo sive Sarda exsculptus non plures quam VII. radios ostendit. Non potest autem meâ opinione ad paganos ritus referri quod apud eundem effigie LXXXIX. Abgarus Rex mithratus conspiciatur. radius XXII. insignis, lemniscis dependentibus & stella septem cuspidè à tergo apposita, si quidem is fuerit, cujus Eusebius meminit, à S. Jacobo Thaddæo Apostolo ex morbo desperatissimo curatus, & quem Cæs. Baronius in annalibus suis Christianum commemorat, de cujus stella dorso appicta supra dictum. Castoris sanè ac Pollucis utriusque capiti dimidiatis ovis intecto & laureato stellæ supererminent octo radiis illustres. Commune autem hoc Regulis Edessæ nomen *אַבְגָּאָס*, non *Αβγαρος* ut apud Evagrium legitur, nec *Αβραγος*, ut Codex MS. Eusebij Mazarinianus habet, idem quod *קְדָרִיָּוֹס*, opinione Henrici Valesij notis in excerptra, ex Arabica vocula *קְדָרִיָּוֹס* quod magnitudinem majorem aut maximam pro varia constructione notare solet, ut habetur in.

notis ad Constantini. Porphyrogennetae orationem de imagine Christi Edessena inter origines CP. Francisci Combesis, quas sibi haut levi plagio ereptas, & recudendo depravatas jure conqueritur Illustrissimus Lambecius in Catalogo operum suorum editorum & edendorum, nec non in Comm. de Bibliotheca Augustissima Cæsarea, quo paupertinam, etiam nostram liberalissimè ditavit. Videbis autem & stellam istam in tiara Tigranis, cui Tiberius regnum restituit, quam nescio cur Nobilissimus Patinus falconibus & fascia ornatum dixerit, cum glyptes in eadem stellam inter duas vulpeculas depinxerit, egregio emblemate politicis quibusdam nostris quam Rege illo digniori, inprimis si pro vulpecularum altera gulonem aut lupum nocturnum Julio Capitolino dictum substitueris, ut infelix astrum Martis in medio reluceat, cum fraudulentia & crudelitas malorum omnium causæ in imperiis existant. Apud Suetonium tamen crinita stella propria est Juliæ familiæ, quam olim alij Veneris putabant, & Julio Cæsari in cervice semper appingitur, ut docet Illustrissimis Patinus noster p. 61. apud quem plura numismata conspicies stellis ejusmodi occipiti, cervici, collo, fronti que appictas, ut Imper. C. Sosij, Ciliciæ præfecti p. 74. Octaviæ & Neronis: aliis præterea rebus superponitur ut Domitij Ahenobarbi navi rostratæ. p. 75. rupi. p. 82. capita quoque diverso radiorum numero insignita: ut Neronis Apollinis sex præditum. p. 291. & 305. Vespasiani quinque in nummo rarissimo, quo victoria popæ officio fungens bovem victimam malleo percutit. Quinque etiam radiis insignitus est Ant. Caracalla in thes. num. p. 92. & Marcianus Apollinis facie illustris p. 90. Apollo etiam in numismate Lapitheno Cretensum diadema gerit cum stella in vertice quinque radiorum. p. 21. & apud me in nummo æreo nisi fallor,



fallor, rarissimo, Cl. Tacitus Imper. Aug. juvenili facie, monili ornatus, & corona quinque cuspede redimitus, ex altera parte justitiam ostendens cum libra in dextra manu & sinistra Cornucopiæ tenens. Sex autem radios ostendit Aquillius Florus III. <sup>vir</sup> in nummo suo p. 36. Caligula porrò Jovis habitu inter VII. Planetas confidens, aut etiam inter Plejades p. 92. cui similis est Jupiter defensor salutis Augusti p. 74. & ille Neronis quem diximus, & tres pares Philippi Regis & Alexandri Magni Macedonum. p. 242. & 244. Domitiani item Filius nudus orbi terrarum insidens inter septena sidera. p. 419. & Macedonum ille circa caput Dianæ, quem refert etiam caput Antigoni bicorne inter VII. stellas medium, Alexandri Magni imitatione, ut videtur, cujus successor erat. Quid verò portendat globosa massa, ut vocat Licetus in nummo manubriato Illustrissimi Com. Jo. de Lazara Eq. S. Stephani, Patricij Patavini XIV. radiis fulgens supra cymbium Ægyptiis literis i. e. ut ille opinabatur Græcis inversis inscriptum feliciter nos olim docebit prælaudatus Patinus, qui ingentem antiquorum numismatum thesaurum ex cimeliarchéo ejusdem, non minus quam ex Regum & Principum gazis ad comoda Reip. literariæ promovenda se comparasse amicè nobis significavit, quà occasione etiam intelligi poterit cur Licetus lib. VI. cap. XXIII. inter lucernas reposuerit, quem tamen nummum vocat. Cùm ipse interea ad Deam Syriam sive Astarten referat, quæ Venus cœlestis habetur, ut Adonis Osyris Amathi urbis Cypriæ, umbellam hanc solarem seu nimbum radiis illustrem conjicere licuerit. In nummis quoque C. Postumius Trebellij Pollionis, Pater, Pacator orbis dictus, sub specie Solis coronâ insignis V. tantum radiis illustri. Trajani verò caput in medio XII. signorum Zodiaci, Solis nomine, unâ cum Palladis suæ, lunâm in ver-

tice gerentis, IX. radiis insignitum. Neronis præterea in nummo ex ære magno Rhodiensium laureatum radios sex habet, Apollini simillimum, Senecæ in Apocolocyntosi. Æternitas autem in nummo Faustinae Augustæ per astrum repræsentatur, cui X. radij insunt. Sed nec istud satis nos capere fatemur, quod Thom. Campanella libro Ital. de Magia apud nos MS.º c. XIX. affirmabat de X. imaginibus animalium & influentiis siderum verba faciens de adspectibus: *Gli aspetti, quando si miran di buono & quando in lor case fanno le congiuntioni è cosa d' importanza, bisogna osservare, i fissi, mobili, communi, masculini & femminini, così diconsi della duration della stagione ò mutanza in loro è delle virtù d' influire. Son dieci imagini d' animali & d' altre cose, è più ponno farsi, & tutte hanno in terra i lor simili, alli quali influiscono.* h. e. Adspectus cùm apparent boni, & quando fiunt in domibus propriis conjunctiones, haut parvi momenti observare oportet constellationes fixas, mobiles, communes, masculinas & femininas, quæ sic dicuntur ratione durationis temporis anni, & mutationis in ipsis virtutum influendi. Sunt X. imagines animalium & aliarum rerum, possentque etiam plures fieri, omnes autem in terra similes habent rebus in quas influunt.

ad pag. 64. æthereum calorem] Anonymus Arabs, qui compendium Musæi Regij, sub nomine Persico Ham Kitinoma edidit, quod Abrah. Ecchellensis ad Cardinalem Richelium interpretabatur: *Speculum mundum representans*: quo comprehendantur effata sapientiæ philosophorum Arabum c. 13. Orbem ætheris, orbem ignis exponit, quamvis cœlos omnes nec calidos, nec frigidos, nec generationi aut corruptioni obnoxios adfirmet, motum tamen eorum voluntarium, vivum, & rationalem vocat, quia animas racionales abstractas habeat, & potentiam imaginativam, quæ dicatur animæ seu species



**Species impressæ**, quod tamen genuinæ philosophiæ & antiquiori cuicumque vix convenit quia vivere, nutrirî est, nutritio autem nec sine generatione & corruptione quadam fieri nec sine calore esse potest. Et animas istas cœli abstractas nisi intelligentiæ fuerint adstantes, informantes certè dici absurdum, cum plerisque una mundi anima verosimilior sufficiens visa sit: & quæ tamen ipsa generationem atq; corruptionem potius doceret, quam tolleret, pantomorphiæ nomine jam olim Ægyptiis celebrata. At Junius Philargyrus in Virgilij Georgica Solem quoque igneum putans, defectus ejusdem varios, nec una de causa, ad mentem Epicuri existimabat, quod fieri etiam possit, ut extinguatur: Si modo verè hæc Epicuri opinio ostendi queat, quam, si de Sole admittenda, de reliquis etiam corporibus cœlestibus, multò minus negare liceret. De anima autem mundi, & quod idem est, cœli videri merentur quæ Andr. Argolus differit lib. I. de dieb. Crit. & decub. ægrot. c. II. & XIV. *Spiritus leves* S. Augustinus vocat, qui sidera vi sua versando agitent & propellant. Aristoteles sanè in IX. 12. cœlo materiem tribuit mobilem tantum, non generabilem, à quo Ocellus Lucanus sua sumpsisse videtur. Sed si Julij Scaligeri opinio Exerc. LXI. §. 1. admitti queat, sidus non aliud quam partem cœli densiorem esse, cur tamen generabilem negarit, vix ratio sat gravis apparet. Et quæ Exerc. LXXIX. proposuerat: *Cælum sideribus plenum esse non admodum densis: Cometem autem globum à Sole illustratum, cujus radij transmissi caudam efficiunt, quæ idèò semper à Sole sit aversa:* Cum veri habeant plurimum, verba quidem dissipata vocabat, quorum tamen haut pauca sibi placuerint. Eleganter sanè doctissimus Th. Bartholinus tr. de Cometa: *morbum Universi, & abscessum aut apostema* vocat p. 41. At Anonymus ille Arabs Ecchellenfis intelligentias & ani-

& animas Coelorum astrorumque facit etiam easdem cum angelis & dominatoribus specierum, & naturarum sive formis specificis, quas ab literalibus & vocalibus & corporeis distinguit, Ideas Platonicas minus aptè existimans. Intelligentiam autem decimam, agentem vocat, & Gabrielem, quæ recensere satis, cum refutari nil opus habeant.

ad pag. 34. Sagittarium ] Cum signo isto cœlesti conferre licet Sagittarios Persicos in nummis Vologæsi apud Patinum nostrum toties jam laudatum & nunquam satis laudandum in thes. num. p. 390.

ad pag. 103. crucis signum ] apud Nobilissimum Patinum tamen in thesaur. numism. antiq. quo pretiosissimo dono per tenuem meam Bibliothecam benevolè exornavit, reperio Domitianum Isiacum, sede Lunata, cruce in manu, quam ex hieroglyphicis Serapidis apud Suidam ζωνὴ ἐπερχομένην interpretatur. Ab Constantini demum ævo Christiani imperij signum haberi cœpit in coronis Augustorum.

ad pag. 132. Juliæ familiæ ] quam ideò Caligula quoque in coronis suis exploratoriis expressisse videtur, cum de Germanis trans Rhenum, seu verius arboribus truncatis, victoriæ minimum immodicus ageret, per numen Drusillæ dejerare solitus, cujus effigiem cum Germanico alati cupidinis facie in nummo vet. apud Patinum in Sueton. cap. XLV. conspicies unà cum altero ejusdem Græca inscriptione, & stella secus pside antè vultum Germanici medium expressa. p. 218.

ad pag. 133. Corona quinque cuspidè ] in nummo item argenteo apud me, quo Concordia Augg. exhibetur, Gordiani & Balbini, illius caput galeatum conspicitur, corona, ut videtur, tantum bicuspidè, quod rarius puto, quemadmodum & quod conjicere hinc liceat, eum non statim solum Balbino & Pupieno occisis, sed aliquandiu cum Balbino regnâsse. Est

etiam



etiam apud me æreus alius, in quo ex altera parte Solis effigies sinistra globum tenens, & capite stellato quinque radiis insignis, ante se in medio habens stellam aliam octacroniam inscriptione Semi Græca & Semi Latina quæ nummum ipsum suspectum reddit. In nummo quoque alio æreo apud me Aureliani Imper.<sup>is</sup> caput conspicitur corona tricuspide, nisi utrinque duas cuspides minores vetustas deleverit, cùm olim quinque numerarentur, ex altera parte MILITUM legitur, spatio anterius exeso. Sed hunc quoque suspectum habemus, quod Imper.<sup>em</sup> exercitus machæra longiori cinctum nostro more sinistro latere exhibeat. In æreo certè majori Trajani pariter apud me quo altera parte hastatus spectatur inter duo trophæa

Dacica, caput Cæsaris corona quadricuspide apparet,  
superiori nempe radio minori vetustate  
detrito.



INDEX. I. eorum, qui nominantur,  
laudantur, emendantur, & illustrantur.

**A** Abdorrachmanus *Asiutbensis*.  
*Haçirenfis*. 26.  
*Salachensis*. 13.  
Aali Kushkenfis f. *Spahanensis*. *vid. Ebn Aali*. 20. 42. 120.  
AbenNephius MS. 24. 110.  
*Petrus* Abbavillanus. 100.  
Abrahamus *Ecchellensis*. 134.  
Abul Aithanus *Ahmedus Calcashendenfis*. 14.  
*Gregorius* Abulfarajius. 55. 74.  
Abu Ismaël *Calligraphus*. 120. *vid. To-graj*.  
Abaca Chanus *Princeps Rex Persiæ*. 125.  
Aben Ezra MS. *apud Jos. Scaligerum*. 85.  
Aben Jaafarus MS. *Hebr.* 116.  
Abul *Aabbasus*. 125.  
Abu Alufa *Turjanensis*. 125.  
AbulFafalus *Harumus*. 125.  
AbulHufainus, *Shirazensis*. 125.  
Abu Rihanus. 125.  
Abu Shaturus *Mardinienfis*. 80.  
Academia Medicæ *Florent.* 50.  
Accursius. 21.  
Acta Soc. Regiæ *in Anglia*. 59.  
R. Adda. 48.  
Adloddaulus EbnBojajus RexArabum. 28.  
*Ælianus Tacticus*. 21.  
*Æschylus*. 7.

C. Agrippa. 116.  
*Adamus Aigenlerus*. 44. 54. 87.  
*Ahmedus Ferganensis*. 12.  
*Alcabitius* *vid. Ebn Aali Alcabisensis*.  
*Albo Arabs apud Leon. African.* 115.  
*Hieron. Alexander*. 108. 130.  
*Leo Allatius Præfat.* 11. 35. 56.  
*Alex. ab Alexandro*. 61.  
*Io. Ambergerus, pictor*. 99.  
*Albatanius. vid. Bataniensis*.  
*Alcoranus. vid. Coranus*.  
*Franc. Albus Arabs Christianus*. 94.  
*Georgius Alexandrinus qui Lexicon Geoponicon*. 107.  
*Ulysses Aldrovandus*. 108.  
*S. Ambrosius*. 68.  
*Amirucius apud Vægelinum MS.* 113.  
*Georgius Andreides*. 76.  
*Anonymus Ruçname auctor*. 6. 70.  
*Anaxagoras*. 70.  
*Andreas apud Vitruvium*. 94.  
*Andronicus Cyrthostes ap. Vitruvium*. 105.  
*Io. Angelus Mediolan.* 16.  
*Antigonus Rex*. 112.  
*Anon. Arabs qui Hankitinoma sive speculum mundi*. 134. 135.  
*Anonym. Arabs qui de Astrolabio MS.* 17. 80.  
*Apollonius Rhodius*. 41.  
*Appulejus qui de mundo, MS.* 117.  
Cl. Aqua.



*Cl. Aquaviva.* 114.  
*Aratus Solensis.* 15. 78. 81.  
*Archimedes.* 16. 79.  
*Andr. Argolus.* 87. 89. 90. 112. 135.  
*Aristoteles.* 38. 41. 64. 70. 110.  
*Ariostus.* 18.  
*Aristarchus Samius.* 54. *qui Canones*  
*MS.* 125.  
*Auctor computi Nurembergici.* 120.  
*Sché vile Emunabi.* 6.  
*de diæta. vid. Hippocr.*  
*tabula Calendarum Francof.* 36. 38.  
*Ruquama Pers. Turc.* 17. 25. 70.  
*Augustus Cæs. Rom.* 32. 60. 97.  
*Aulonius.* 79.  
*S. Augustinus.* 108.  
*Festus Avienus.* 16.  
*Aurelianus Imper. Rom.* 137.  
*D. Auzotus.* 50.  
*Bernard. Baldus.* 89.  
*Thomas Bangius.* 114.  
*Franc. Barberinus Cardin.* 60.  
*Lucius Barretus.* 49.  
*Jacobus Bartschius.* 35. 69. 104.  
*Petrus Bartholinus.* 55.  
*Thomas Bartholinus.* 67. 131.  
*Batanienfis.* 81. *sive Albatanius.* 82. 83.  
 84. 125.  
*Cæsar Baronius Cardinalis.* 131.  
*Bassus Comm. in Aratea.* 102.  
*Bayerus.* 102.  
*Torquatus Bembus.* 24.  
*Benedictus Mathematicus Duc. Saban-*  
*dia.* 53.  
*Bernardus Parisiensis.* 5.  
*Matthias Berneggerus.* 65.  
*Gregorius Bersmannus.* 30.  
*Xyffus Betulejus.* 1.  
*Lazarus Binellus.* 19.

*Margarinus Bignæus.* 119.  
*Guil. Blaevvius.* 65. 113.  
*Io. Henricus Bœclerus.* 15.  
*Anon. Bosius.* 40.  
*Guido Bonatus.* 89.  
